NEW



Z. P.

ATENEO VENETO
VENEZIA

SANCTORII SANCTORII

DE

STATICA MEDICINA

APHORISMORUM

Sectiones Septem:

AC CEDUNT IN HOC OPUS

COMMENTARII

MARTINI LISTER

ET

GEORGII BAGLIVI

ATENEO VE... VENETO

PATAVII, M. D. C C X.

Typis Jo: Baptistæ Conzatti.

Superiorum Permissu, ac Privilegio.

*Illustriss.*mo *ac Generosiss.*mo *Viro*

D. JACOBO HERMANNO

BASILIENSI

IN PATAVINO GYMNASIO

MATHEMATICES

PROFESSORI.

Joannes Baptista Conzattus

S. P. D.

STaticam Medicinam Sanctorii olim in Patavino Ly-

ceo Professoris celeber-
rimi, pluries variisque
in locis cusam & re-
cusam modò è typis
meis Clarissimorum Vi-
rorum Martini Listeri,
& Georgii Baglivii
commentariis illustra-
tam prodire non sum
passus, nisi sub auspi-
catissimo Nomine tuo,
Vir Illustrissime & Ge-
nerosissime. Cum enim
titulum mathemati-

cum

cum in fronte præfe-
rat, cujuſnam tutelæ
conſultiùs illam com-
mendare poteram,
quàm Tibi, qui in
Patavina Univerſitate
Mathematicam profi-
teris tam magno plau-
ſu, ut ad te audien-
dum conveniant non
ſolùm ſtudioſi Juve-
nes, ſed etiam Viri do-
ctiſſimi? Tu ſolus er-
go, ſi fortè Satico-Ma-

ſtix aliquis Opus iſtud carpere auſit, (uti olim Sanctorio accidit cum fœtum hunc ſuum edidit,) poteris illud à calumniis vindicare; ſed nemo ſanæ mentis, ut reor, rem Tibi ſacram convellere audebit, niſi temeritatis ſuæ pœnas velit luere. Equidem antequam ad profitendum in hoc Gymnaſio accederes, magna de

Te

Te fama præcesſerat;
ſed major inventus es,
& clarior deprehenderis,
cum Opera quæ ſub incu-
de habes, & præcipuè
cum aliquid, ut audio,
de hydroſtatica, quam
hoc anno è Cathedra ex-
plicas, publici juris fa-
cies. Ut ergo munuſcu-
lum iſtud, quod de Sta-
tica Medicina Tibi
nuncupavi, benigno
vultu digneris excipe-

re, Te obnixè oro, atque obtestor. Vale diù, ac plurimùm Vir Nobilissime.

Patavii die 8. Januar. 1710.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

JAm dudum mecum ipſe cogitaveram de Statica Medicina Sanctorii recudenda, cum ſæpiſſimè audirem ſtudioſos Juvenes, ac doctos etiam Viros conquerentes, quod neque in hac Civitate, neque Venetiis ulla hujuſce Libelli Exemplaria reperirent, aſt ad id citiùs exequendum ſtimulos addidit editio hujus Opuſculi Anno 1705. facta

Lug-

Lugduni Batavorum à doctissimo Viro Martino Listero unà cum suis commentariis, ac altera pariter editio ejusdem Sanctorii Romæ 1704. cui Operi Georgius Baglivus Philosophus & Medicus percelebris Canones suos adjecit. Rem itaque non inutilem facturum me credidi, si hæc omnia in unum collecta typis meis traderem. Cum autem laudatus Lister ad calcem Operis Sanctorii suas Observationes collocaverit, commodum mihi visum est cui-

li-

libet Aphorismo Sanctorii Listerianas Annotationes apponere, ut Lector in promptu, & præ oculis habeat quid à doctissimo Viro fuerit adnotatum. Habes igitur in hoc Opusculo, amice Lector, quid quid de Statica Medicina à doctissimis Viris hactenus fuit conscriptum. Tu interim hosce meos labores æqui bonique consule, ac Vale.

MAR-

MARTINI LISTER,

LECTORI

S.

INter ruſticationis ōtia, quæ mihi, urbe relicta, valetudinis cauſa impræſentiarum præſtiti, cum mihimet ipſi non deeſſem, aliis quoque ſimul benefacere ſtudui. Igitur Medicinam Staticam *aliqua commentatione illuſtrare cogitavi: etenim ex novis in Anatomia inventis de uſu partium, eam aliquantulum explicari potuiſſe credidi. Non aliud profecto inventum in Medicina, præter unum Sanguinis Circuitum, huic comparandum eſt; licet itaque inter*

ter ejuſdem ſæculi felicitates utrumque ponere: hoc verò Sanctorii, *illi quidem* Harvæi *tempore paululum anteceſſit: quod vehementer doleo; cum ſi illud ſciſſet, ex mirabili hominis induſtria, alios quoque uſus tanti experimenti nos certè docuiſſet. Adde his, librum hunc noſtris hominibus acceptiſſimum fuiſſe; quod ſatis conſtat, ex plurimis editionibus ejus, minimùm decem, intra ſpatium quinquaginta annorum, quo primùm excuſus eſt, præter translationes ex Latina in Vernaculas quaſque.*

Obicii *verò nugas, ex malevolentia & livore ortas, libenter omiſi, adeoque Authoris reſponſiones, utpote ſuper-*

Va-

vacaneas. Tacuit quidem Harvæus *noſter, ſuæ rei certiſſimus, altoque ſilentio, ad viginti annos, innumeros adverſarios vehementer deſpexit, ita ſe geſſiſſe Sanctorium oportuit; nam utriuſque experimenti eadem certitudo eſt. Nullus ſanè dubito, quin multo magis inclaruiſſet Medicina Statica, niſi nuperis inſomniis, tanquam totidem incantamentis, Medici occæcati eſſent: ſed jam fere, ut video, exoleverunt Figmenta: ſtateram itaque in medium ſiſto, ſanis penſitandam.*

SAN-

SANCTORIUS
AD
LECTOREM.

NOvum atque inauditum est in Medicina, posse quempiam ad exactam perspirationem insensibilis ponderationem pervenire: nec quisquam Philosophorum, nec Medicorum unquam hanc Medicæ facultatis particulam aggredi ausus est: Ego verò primus periculum feci, & (nisi me fallat genius) artem ratione, & triginta annorum experientia ad perfectionem deduxi, quam consultius judicavi, quàm Diexodica describere: primò ad imitationem magni nostri Dictatoris, cujus vestigiis insistere glorioſum semper duxi; deinde id feci quasi necessitate impulsus, quandoquidem ipsa experimenta, quibus quotidie assiduis multorum annorum studiis incumbebam, ita me ad hanc doctri-

ctrinæ formam Aphoriſticam manu quaſi ducebant, ut Aphoriſmos optime inter ſe connexos miro hoc ordine digeſſerim, eo plane modo, quo apes primum mel ex variis floribus delibant, & deinde in apiariis per ædicularum ſuarum favos elaboratum miro ordine diſponunt.

De utilitate autem artis nihil dicam, cum nemini lateat, quantum in medendo ponderis habeat inſenſibilis perſpirationis cognitio: ſolum hoc unum benignum Lectorem admonitum velim, cum ſic ſe ferant [illegible] res novas invidia opprimere potius, quàm ſtudio illas promovere conentur, ſcio multos non ſolum vulgares, ſed etiam ex literatorum cenſu, non veritatis amore ductos, ſed ambitionis œſtro, aut vana contradicendi libidine, aut invidiæ ſtimulo impulſos contra artem hanc novam inſurrecturos, eamque gra-

viter

viter detrectaturos esse, licet ne nomine quidem tenus artem ipsam salutaverint: Verum illis omnibus, si veritatem sectari desiderant, ita satisfaciam, ut veritatem ipsam sinceram ac puram putam non solùm animo & intellectu percipiant, sed oculis etiam, ac ipsis quasi manibus palpent, si modo quæcunque de insensibilis perspirationis ponderatione, deque ejus causis, de tempore, de commodis & incommodis, de excessu & defectu, de aere, cibis & potibus, & aliis sex rebus non naturalibus impedientibus, vel promoventibus perspirationem, & quæcunque alia in hoc libro tradidi, ea ad rigorosa trutinæ examen revocent.

Neque fastuoso supercilio hanc trutinam parvi faciant, vel contra præstantissimam artem inania sciolorum more deblaterent, quippe

eos

eos non alio reſponſo dignos putá-
bo, quam poſtica illa Perſii ſan-
na, qui Andabatarum more cæcu-
tientes veritatem mordicus peroſi,
non ſeſe Eubœos ſolum aut Cor-
dubenſes in percipienda veritate,
ſed ineptiſſimos Ariſtarchos in re-
prehendenda demonſtrant.

NOI

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di Revisione, & Approbatione del P. *F. Ambrosio Lisotti Inquisitore* nel Libro intitolato: *Sanctorii Sanctorii de Statica Medicina Aphorismorum Sectiones Septem, cum Commentario Martini Lister: e Georgii Baglivi*: non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro; niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo Licenza à Gio: Battista Conzati Stampatore, che possi esser stampato, osservando gl' ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 13. Novemb. 1709.

(Carlo Ruzini Cav. Proc. Ref.

(Alvise Pisani Cav. Refor.

Agostino Gadaldini Seg.

In Prima Sectione agitur de ponderatione insensibilis perspirationi. *Fol.* 2.
In 2. De Aere & Aquis. 73
In 3. De Cibo & Potu. 101
In 4. De Somno & Vigilia. 151.
In 5. De Exercitio & Quiete. 179
In 6. De Venere. 195
In 7. De Animi affectibus. 215

S. SANCTORIUS

DE

MEDICINA STATICA.

COMMENTARIUS;

I. II.

*Nihil frequentius occurrit apud veteres Medicinæ ſcriptores, quàm inſenſibilis diffla*tio, *ab Hippocratis uſque temporibus: is autem corpus totum tam foras, quàm intro perſpirabile eſſe perhibuit: ideo cucurbitam integræ & non conciſæ cuti adhibitam, ad ſpiritum malè habentem evocandum interpretari licet. Item iſta* manantia corpuſcula, *quorum mentionem facit C. Celſus, per* inviſibilia foramina *fuiſſe de materia inſenſibilis perſpirationis: Ejus tamen doctrinæ, & ponderis certitudo ex toto debetur optimè merito* Sanctotio.

Igitur incertum admodum judicium de morbo aliquo is Medicus laturus eſt, qui neſciverit, quatenus inſenſibilis perſpiratio impedita fuerit, aut exceſſerit.

In Sanitate itaque amiſſa ea unica Medelæ ratio eſt, ut reſtituatur ex integro inſenſibilis perſpiratio, ſi quando ea prohibita fuerit: itemque ut, ſi ſenſibiles evacuationes vitientur, earum quoque remedia ex pondere æſtimentur, non neglecta tamen utriuſque qualitate.

Quan-

DE PONDERATIONE INSENSIBILIS PERSPIRATIONIS.

SECTIO PRIMA.

APHORISMUS I.

SI quanta & qualis oporteat, quotidie fieret additio eorum quæ deficiunt, & ablatio eorum quæ excedunt, ſanitas amiſſa recuperaretur, & præſens ſemper conſervaretur.

I I.

Si Medicus, qui præeſt aliorum ſanitati, ſit ſolum capax additionis & evacuationis ſenſibilis, & neſciat quanta quotidie illorum ſit perſpiratio inſenſibilis, illos decipit, & non medetur.

III.

Quamvis illa doctrina proximè oritur ab usu sellæ pensilis, *tamen non ita erit difficile, ex observationibus infrà positis, conjecturam satis promptam facere de insensibilis perspirationis statu, quomodocunque demum ea se habere contigerit.*

IV.

Hinc liquet insensibilem perspirationem accuratè scire, quam magni nostrorum hominum interfit, præ reliquis omnibus evacuationibus sensibilibus.

V.

Insensibilem perspirationem, ubique corporis ad eundem modum fieri verisimile est; nimirum per excretorios Glandularum ductus; atque hi ipsi illi pori sunt Authoris, aut per majora viscerum foramina, qualia sunt Ductus Hepaticus bili dicatus, Versungianus sive Pancreaticus, & si qui fuerint id genus patentiores. Ita Pulmones quoque suum munus perficiunt; at perpetua illa spirandi necessitate posita, spiritusque expulsi summa humiditate, credibile est, ad multo majus pondus humorem insensibilem respiratione exigi; putà ad quintam circiter partem totius, aut amplius.

VI. VII.

Ita quartus Aphorismus confirmatur; nam sunt ut quinque ad octo: consideratis tamen considerandis, nimirum quæ in septi-

III.

Ille solus, qui sciret quantum & quando, magis vel minus corpus occultè perspirat, penetrabit, quantum & quando erit addendum vel auferendum pro sanitate conservanda & recuperanda.

IV.

Perspiratio insensibilis sola solet esse longè plenior, quam omnes sensibiles simul unitæ.

V.

Perspiratio insensibilis vel fit per poros corporis, quod est totum transpirabile, & cutem tanquam naslam circumpositam habet; vel fit per respirationem per os factam, quæ unica die ad selibram circiter ascendere solet; hoc enim indicant guttæ in speculo, si ori apponatur.

VI.

Si cibus & potus unius diei fit ponderis octo librarum, transpiratio insensibilis ascendere solet ad quinque libras circiter.

no Aphorismo numerantur; scilicet pro Varietate naturæ, regionis, ætatis, morborum, ciborum, & aliarum rerum non naturalium.

VIII.

Atque ex ratio de hac recomputum instituendi, ut certissima, ita vel fastidiosissimum quemque nequeat offendere.

IX. X.

Ex aucto præter naturam corporis pondere insensibilem perspirationem retentam esse dicimus. Verùm etiamsi Urina, aut alvus plus solito mota corpus ad suum pondus redigere possunt; neuter tamen modus insensibili perspirationi satisfacit: quippe quod sic perspirat insensibiliter, prius digeri oporteat ductibus suis glandularum excretoriis: ita ut nihil mirum sit, si corpus adversa valetudine affici incipiat, ubi tertia illa Glandularum Viscerumque concoctio vel leviter præterita sit, atque imperfecta.

XI.

Ita natura rerum suarum satagit vel aliqua crisi, vel si obstructæ tandem perspirationi succumbendum sit, acuto periculosoque, aut longiore aliquo morbo orto.

Ubi

VII.

Quantitas perſpirationis inſenſibilis aliquam varietatem patitur pro varietate naturæ, regionis, temporis, ætatis, morborum, ciborum, & aliarum rerum non naturalium.

VIII.

Ex corpore mane ponderato ante & poſt excretionem ſenſibilem, quanta fuerit nocturna perſpiratio, & ſenſibilia excrementa facillimè intelligitur.

IX.

Si corporis pondus plus ſolito augeri incipiat ſine majori cibi vèl potus additione, vel ſenſibilium excrementorum rerentione, facta eſt adiapneuſtia.

X.

In eadem ſalubritate corpus conſervatur, quando ad idem pondus ſine ulla inſolita evacuatione ſenſibili regreditur: ſin verò ad idem pondus per ſolito plenius lotium, vel feceſſum reducitur, incipit à priſtina elongari ſalubritate.

XI.

Si ex Staticis deprehendatur, impeditam eſſe perſpirationem, diebus ſequentibus vel ſuccedet plenior perſpiratio, vel aliqua evacuatio ſenſibilis plenior, vel cachexiæ veſtigium, vel febris.

XII.

Ubi sensibiles evacuationes solito majores sunt, materiam perspirandam arripi necesse est, ut proximè sequenti Aphorismo perhibetur.

XIII.

Etenim ea tantùm, quæ esu potuque sumpserimus, exinaniendæ sunt. Igitur quicquid superat, sive hac tandem, aut illac effluat, noxium est, imò vel levis error in proportione hujus vel illius evacuationis valetudini non parum obstat.

XIV.

Addo & sputare.

XV.

Insensibili perspiratione benè se habente; res in tuto est; utpote quæ omnium evacuationum, pondere certè, si non virtute, longè præstantissima est.

XVI.

Concoctiones paulatim vitiantur, sive solito plus minùsve conficiant; maximè autem quæ ad insensibilem perspirationem spectant.

XVII.

A defectu insensibilis perspirationis primùm Pulmo laborat; quippe qui clivi alicujus ascensum moliendo potissimum exercetur, & cujus partes tantæ sunt præ reliquis in perspirato exigendo.

XII.

Non poſſunt ſtare ſimul, multa perſpiratio, & multa ſolitoque major ſenſibilis evacuatio.

XIII.

Si quis plus juſto ſenſibiliter evacuat, minus juſto perſpirat.

XIV.

Craſſa excernere, mejere vel ſudare plus juſto; & perſpirare minus, malum.

XV.

Si corpus ad idem pondus quotidie revertatur, nulla facta mutatione in perſpirabilium evacuatione, non indigebit criſi, ſanumque conſervabitur.

XVI.

Malæ qualitates introducuntur, dum corpus uno die eſt unius ponderis, altero alterius.

XVII.

Illud pondus eſt unicuique ſalubritatis norma, quo, dum acclivia aſcendit, ſolito leviorem perſentit.

XVIII.

Ita senes, arthriticos putà, non semel vidi inedia spontanea & pertinaci necatos: & quamvis morbi vis interdum sic pulchrè minui visa est, tamen Ventriculi concoctio omnino periit. Etenim finita arthritide jam nihil appetere potes fuerunt, & vel protinus extincti, vel hydrope aut tabe brevi consumpti sunt.

XIX.

Medicamentis & pondus & excessus facillimè tollitur; sed istorum malitia, insensibili perspiratione non ex integro restituta, minimè.

XX.

Vigiliæ tempore quod insensibiliter perspiret, hominem infirmat: quod verò à somno avolet, vires dat: quippe illud crudum, hoc concoctum sit. Ratio est, quòd inter dormiendum, placide sensimque concoquant glandulæ; contrà in Vigilia, cùm musculi in perpetua quadam tensione agitationeque sint, perspirabile immaturum vehementer admodum expellunt.

XXI.

Sudor vim quandam affert insensibili perspirationi; ideo crudum expellitur ea festinatione: imò pori in sudore totidem vomitoria existimandi sunt, ob nimiam relaxationem Osculorum Glandularum in cute positorum.

Ita

XVIII.

A copia oriuntur malæ qualitates, ſed non vice verſa.

XIX.

Pondus, nec non copia minuitur, aut evacuatione crudi ſenſibilis, vel inſenſibilis; aut cocti ſenſibilis, vel inſenſibilis, hæc eſt ſalubris; illa tollit copiam, ſed relinquit malam qualitatem.

XX.

Tranſpirationis inſenſibilis duæ ſunt ſpecies: altera fit ſtatim à ſomno, facta concoctione, & poſt hanc augentur vires; altera in vigilia, & hæc elevatur à crudo ſucco, & ob hanc flacceſcunt: fit enim cum majori vel minori violentia, prout major vel minor eſt vigilię motus.

XXI.

Perſpiratio, quæ ſalubriter aufert è corpore multum, idque inutile pondus; non eſt quæ cum ſudore fit, ſed ille halitus inviſibilis, qualis hyeme uno die naturali ad quinquaginta uncias, & ultra exhalare poteſt.

XXII.

Ita frigidis ſudoribus, ubi vis cordis languet, perſpiratio fit viſibilis: ſcilicet ex reſolutione ductuum excretoriorum Glandularum.

XXIII.

Ex ſudore Ora glandularum patentiora fiunt; ſcilicet ex craſſioris crudæque materiæ perſpiratæ vehementi ejectione: atque ita imbecillitas, laſſitudinisve ſenſus oriatur, veriſimile eſt; nimirum & perpetua diſtentione iſtarum innumerabilium particularum corporis.

XXIV.

Ratio eſt, quòd quò concoctior rariorque à Glandulis evolet materia perſpirata, eò partes jucundiùs ſuis officiis funguntur: in quo certe ſanitas.

XXV. XXVI.

Dura & craſſa excrementa, quæque inteſtinis inſint, intra habitum corporis contineri minus proprie dici poſſunt; igitur ob eam quoque cauſam minus moleſta ſunt, quàm quæ intra circuitum ſanguinis, perque Glandulas ferantur.

XXVII.

Verum leviores iſti craſſioreſque cibi, quales ſunt caro, & panificia quæque, multo valentiora ſunt, quàm vina aut juſcula. Re-

Ac

XXII.

Invisibilis perspiratio fit visibilis, vel quando nutrimentum est nimium, vel quando calor languet, vel ob motum violentum.

XXIII.

Perspiratio insensibilis juncta cum sudore, mala: quia sudor fibrarum vires diminuit: dicitur aliquando bona, quia à majori malo divertit.

XXIV.

Quantò subtilior, & sine madore est invisibilis perspiratio, tantò salubrior.

XXV.

Liquida omnia excrementa sunt graviora; fundum petunt: crassa sunt leviora, & innatant, qualia sunt fæces duræ, crassę, sputamina, & alia id genus.

ATENEO VENETO

XXVI.

Liquida excrementa plus oneris, data magnitudinis paritate, à corpore auferunt, quam dura & consistentia.

XXVII.

Liquida quoque cibaria sunt ponderosiora, & solida leviora: panis, caro, levia; vinum, jusculum, gravia. Tanti

ctè C. Celsus, *quò valentior quæque materia est, eò minus facile concoquatur; sed si concocta est, plus alat.*

XXVIII. XXIX. XXX.

Quia viribus convulsis vel minimum pondus oneri est: iisdem verò integris, vel soliti ponderis excessus haud persentitur. Igitur nisi debitum pondus viribus adsit, summa salubritas consistere nequit.

XXXI.

Pondus, quod sit infra salubritatem, haud facile restituitur; excessus autem sani ponderis vel abstinentia vel medicina citò tollitur.

XXXII.

Vide Explicationem Aphorismi 24. supra. Certe in debita concoctione summa sanitas, atque virium integritas est.

Mul-

ponderis est vini cyathus, quanti unus integer panis mole ferè triplo major.

XXVIII.

Illa viventis conditio, dum sentitur corpus onerosum quando non est, pejor est quam illa, dum sentitur quando est.

XXIX.

Corporis viventis pondus est æquivocum: simul enim stare possunt, corpus esse solito onerosius, & se presentire leviorem: & versa vice, corpus scilicet esse factum solito levius, & se graviorem persentire.

XXX.

Si hæc duo simul conspiraverint, alterum, quod homo se ipso leviorem sentiat; alterum quod revera non sit levior, indicabunt statum saluberrimum.

XXXI.

Corpus, quod acquirit minus pondus latitudinis suæ salubritatis, est pejoris conditionis, quam illud, quod acquirit majus pondus suæ salubritatis.

XXXII.

Dum corpus ob *animi* vel *corporis motum*, redditur minoris ponderis, statim redditur minoris virtutis: quod non contingit, si reddatur minoris ponderis à somno post factam concoctionem.

XXXIII.

Multa abstinentia vires cum pondere minuit.

XXXIV. XXXV.

Horum modorum exempla hæc esse possunt; scilicet ex nimium implentium sumptione: item, quod inter alias causas nimiæ venere, vel vino se abutentibus contingit, in tertia verò classe sunt morbi quinque, tum acuti, quàm chronici.

Igitur ea conditio, quæ vere morbosa, longe periculosior est.

XXXVI. XXXVII.

Propter magnam salubritatis latitudinem in variis ponderibus.

XXXVIII.

Ex molestia à somno, etiamsi corpus ad idem pondus consuetum redeat; tamen aliquam malitiam subesse, à victu aut infectione putà, suspicari licet.

Om-

XXXIII.

Si absque præcedenti violentia pondus fiat minus, & vires cadant, id accidit, quia non remittitur quantum amittitur.

XXXIV.

Tribus modis tantum animal fit debile, vel dum pondus corporis augetur, nulla facta virium resolutione: vel dum resolvantur vires, eodem corporis pondere perseverante; vel dum vires & pondus cadunt.

XXXV.

Lassitudo illa, quæ fit, dum corpus redditur minoris roboris, & minoris ponderis, est aliis periculosior: pondus enim est roboris species.

XXXVI.

Pondus corporis indit nobis robur, vel dum trahimus aliquid deorsum, vel dum utimur vectione, vertigine, vel pulsu.

XXXVII.

Senis robur sepe à corporis pondere magis, quam à viribus dependet: vetus animal exigui ponderis potest diu vivere, sed non potest esse robustum.

XXXVIII.

Si à somno corpus redeat ad consuetum pondus absque omni sensu molestiæ, bonum; signum enim est perfectæ concoctionis: si verò cum molestia, malum.

Cor-

XXXIX.

Omnes, quibus viscera, ex hereditaria aliqua labe infirmantur, sub hac præparatione censendi sunt. Sedulò itaque caveant externa errata. Ita Phthisicis, Urbium plerarumque nostrarum aer, fere fumo carbonum fossilium metallico inquinatus, noxius est.

XL.

Nimirum, ob præstantiam insensibilis perspirationis; qua obstructa, (maximè si id summo suo tempore contingat; nam inæqualiter id munus perficitur) reliquæ corporis functiones illicò male se habent, tanquam consentientes: imò insensibilis perspiratio nusquam non fit. Igitur si materia perspiranda, quæ pleno gurgite expelli oporteat, ubique subsistat; & ductus excretorios gravari distendique, & habitum corporis præter modum impleri, necesse est.

XLI.

Caput omnium sensuum sedes est: quare si id doleat, omnes functiones, tam quæ ex voluntate pendeant, quàm quæ nobis invitis fiant, qualis insensibilis perspiratio est, conturbari necesse est. Hinc Maniaci, quibus ratio ferè ob vehementem capitis dolorem amissa est, ex frigore etiam hyberno vix patiuntur, etiamsi nudi incedant; quia in perpetua quadam partium cõstrictione natura occupatur, paràmque insensibili perspirationi vacat.

Etiam-

XXXIX.

Corpus ob externa errata non labitur in morbum, nisi antea aliquod viscus habet præparatum: præparatio hæc cognoscitur ex solito majori seu minori pondere, non sine aliqua præcedenti molestia acquisito.

XL.

Natura, dum in perspirandi officio est impedita, incipit statim in multis deficere.

XLI.

Dum caput dolore gravatur, statim corpus incipit minus perspirare, & ponderosius reddi.

XLII.

Etiamsi nobis usus partium, earumque defectus magis innotescant, at id tardius quidem est. Multoque adeo periculosius officia illa læduntur, quàm perspiratio obstructa: etenim huic incipienti facillimè occurritur.

XLIII.

Crisi aliqua nobis omnino opus est vel per sudorem, vel per Urinam, ut morbo futuro caveatur, si insensibilis perspiratio multum diuque obstructa sit.

XLIV.

Hinc discimus, à longa fame parcè admodum cibandum esse; item convalescentibus valdè temperandum esse: itidem iis maxima victus cautio debetur, qui ex septentrione in calidas regiones suscepturi sunt peregrinationes, & propter alimenta inusitata, & propter incredibiles illas exinanitiones materiæ perspiratæ. At quanta vis in fame sit, chylum crudum in venas arripiendi, scire optimè licet ex illo nostro præclaro experimento de chylo colorato in venis lacteis inveniendo: Vide Acta Philosophica Londinensia, *ubi olim editum est.*

XLV.

Ex impactione crudæ materiæ in aliquam Glandulam, nisi ea fluxilis fiat, & perspiret, in scirrhum converti istam glandulam, & tandem in Cancrum metus est; nam

ipsa

XLII.

Prima morborum semina tutius cognoscuntur ex alteratione insolitæ perspirationis, quam ex læsis officiis.

XLIII.

Si ex ponderatione videris consuetum perspirabile retineri, & sudorem vel lotium post aliquot dies non facessere, inde cognosces retentum prænuntiare futuram putredinem.

XLIV.

Si verò ex ponderatione videris ob causam violentam perspirabile plus solita evolasse, scias in locum perspirabilium violenter evacuatorum statim confluere cruda, & in meatibus minimis impingi

XLV.

Quæ impinguuntur, si fieri possint secundùm omnes partes fluxilia, seu perspirabilia, bonum: sin minus, pars continens prius fit dura, coriique speciem referens, & deinde scirrhosa.

Si

ipsa Organa omnino lædantur à materia in glandulis requietæ; utpote, quæ celeriter acredinem quamdam concipit putrefacientem.

XLVI.

Febricula malignitatem avertit: nimirum à cordis motu citatiore materiam perspirandam attenuari, expellique: ex ejus autem nimia mora, putrefactio sequitur. Pestilentes verò quique morbi suos insuper Characteres isti materiæ corruptæ facilius superinducunt: adeoque satius est, crudam istam materiam emoliri febricula, quàm ut restitet corrumpenda. Hinc quoque liquet, cur roborantia & peptica quæque fere septica sint, & è calidissima materia.

XLVII.

Quam parcè cautèque dederunt medicamenta in febribus veteres Medici, notissimum est eorum scripta legentibus; contrà quantas in his turbas nostri homines faciant! horum autem ignorantia an avaritia accusanda sit, tute cogita; certè valde periclitatur is, cui perspiratio insensibilis à nimia copia medicamentorum, etiam per se bonorum, obstructa sit; multo sanè magis, quàm si sanus quisque victus alias salubris crapulam patiatur.

XLVIII.

Claro sanè documento, quàm inutiles fere sint vehementes quæque purgationes certe ad morbos præcavendos, cùm corpus, vitiatis viscc-

XLVI.

Si perſpirabile neque à natura, neque à calore febrili reſolveretur, corpus illicò ad malignam febrem prepararetur.

XLVII.

Febricitantes in pejus æquè indicunt, ſi à Medico imperito medicamentis importunè exhibitis illorum perſpiratio divertatur, ac ſi ab erratis ægrotantium.

XLVIII.

Caſſiæ pauxillum non divertit perſpirationem, non lædet vires, ſed ſolum aufert è corpore inutile pondus: aliæ verò medicinæ magis evacuant, & remotiores par-

viſceribus, ad idem pondus tam citò revertatur: & ſi quod crudum corruptumque uſpiam inhæſerit poſt medicamentum exhibitum, ad malignitatem concipiendam multo aptius erit.

XLIX.

Vide num.47. Suprà; in Febribus Veſicantia: ex validis medicamentis dejectiones Vomituſque quòd dolorem excitent: Opium & Sudorifica iterata, quod ſitim (omnium malorum graviſſimum) accendant, perſpirationemque prohibeant.

L.

Glandularum Oſcula frigus contrahit, ita perſpirandæ materiæ avolationem prohibet: ſomno autem eadem laxiora patentioraque eſſe conſueverunt. Imò ſomno opus eſſe videtur ad perſpirationem rite exequendam: etenim ubi perſpiratio finita ſit, ſomni quoque neceſſitas deeſſe videtur, nec amplius dormimus. Ideo ſi non cœnati præter conſuetudinem cubitum imus, vix ea nocte dormimus, quòd jam ſomni ratio ex magna parte propter diurnam perſpirationem ceſſavit; nimirum à defectu materiæ perſpirandæ. Quippe natura inter dormiendum oneris maxime ſupervacui ſatagit.

LI.

Ob eandem rationem, quod Glandularum Oſcula claudit, ſcilicet ex conſtrictione frequenti muſculorum: exertis autem & tenſis

Muſ-

partes attingunt, & corpus magis leve efficiunt: cibus tamen & potus subsequens implent evacuatos meatus; inde alvus & vesica exiccantur, & paulò post corpus sæpè ponderosius redditur.

XLIX.

Quilibet corporis dolor sive labor, cocti perspirabilis transitum impedit..

L.

Quodvis frigus minimum quidem, quod noctu dormiendo patimur, impedit perspirationem.

LI.

Una ex frequentioribus causis, quæ tempore æstivo impedit transpirationem, est crebra in lecto corporis agitatio.

Musculis vasa quoque minima angustantur comprimunturque; sanguinisque adeo motus, & perspiratio, quæ ab eo dependet, tardantur: hoc autopsia constat; appello Leevvenhoeckii *observationes: his accedit nova subinde partium agitatarum temperies atque infrigidatio.*

LII.

Occupatur natura in primis concoctionibus, scilicet Ventriculi & Venarum: divertitur dolore quovis aut animi affectibus aut medicina, ut infrà exponitur: in valetudinariis verò & senibus summa fere imbecillitas est. Igitur senes vix perspirant ad rationem assumptorum: ii quidem benè concoquere dici possunt; at tardè admodum per venas chylum digerunt, & seriùs perspirant; quòd hæ posteriores functiones præcipuam vim cordis requirunt musculorumque: quæ omnia annis labefactantur.

LIII. LIV.

Materia insensibiliter post cibum sumptum perspiranda, jam tum internè potius ad stomachum & intestina fertur; nempe ex stimulatione fotuque quodam cibi; atque ita una ex primariis Concoctionis causis fit. In alvi verò dejectione vomituve idem, at multo vehementius fit; scilicet perspiratio ferè introvertitur, & per intestina stomacumque ex magna parte evocatur, educiturque.

LII.

Tres ſunt internæ cauſæ prohibitæ perſpirationis, occupatio naturæ, diverſio, & vires imbecilles.

LIII.

Hinc ex Staticis patet in die medicinæ, & ab aſſumpto cibo, trium horarum ſpatio exiguam fieri perſpirationem: in die medicinæ intenta eſt natura evacuationi ſenſibili: ab aſſumpto cibo primæ concoctioni.

LIV.

In fluxu & vomitu prohibetur perſpiratio, quia divertitur.

LV.

Ita à reliquis omnibus, quibus vires corporis convellantur: ut ex nimia & intempestiva sanguinis missione, &c.

LVI.

Perspirandi rationem & modum docet; scilicet quod admodum inæqualis sit ejus progressus; nimirum ex ratione concoctionis in tribus præcipuis Officinis corporis, nempe Ventriculo, Venis, & Ductibus Glandularum.

LVII.

Qui nutritur, id est, qui comedit ad satietatem horis matutinis præter consuetudinem: nam ea in his rebus præcipue consideranda est.

LVIII. LIX. LX.

Evacuationum rationes hic supputantur; & insensibilis perspirationis Calculus cæteris omnibus simul sumptis duplo major est.

Senex quidam D. Al. D. mihi amicissimus & ex longa consuetudine notissimus, Octoginta & Sex annos agens, admodum sanus, non parce edebat, imò semicoctas & subcrudas carnes valdè appetebat; tamen ex plurimis annis rarissimè nisi semel in septimana, & sæpè ad quatuordecim dies dejecit.

L V.

Amictus valde oneroſi ſunt impedimento perſpirationi, quia vires debilitant.

L V I.

Non qualibet hora corpus eodem modo perſpirat, quia ab aſſumpto cibo quinque horis libram circiter perſpirabilis magna ex parte exhalare ſolet, à quinta ad duodecimam tres libras circiter, à duodecima ad decimam ſextam (quo rempore occaſio eſt alendi, vel medicandi) vix ſelibram.

L V I I.

Qui nutritur, vel medicamentis evacuatur horis majoris perſpirationis, quales ſunt ut plurimum matutinæ, maximè læditur, quia à cibo & à medicamento maximè divertitur perſpiratio.

L V I I I.

Magis occulta & inſenſibilis perſpiratio nos ſublevat, quam omnes ſenſibiles ſimul unitæ; à ſomno enim ante excretionem ſenſibilium excrementorum quiſque ſentit leviorem, quia revera factus eſt levior ſolito tribus libris circiter.

L I X.

Spatio unius noctis ſexdecim unciæ lotii plus minuſve; quatuor coctorum excrementorum per alvum quadraginta & ultra per occultam perſpirationem, evacuari ut plurimum ſolent.

LXI.

Medicorum negligentiam ſocordiamque meritò reprehendit: Etenim, cùm liquidò conſtet ex ſella penſili inſenſibilem perſpirationem eſſe omnium euacuationem longe præcipuam, de ea conſiderationes primariæ in omni morbo inſtituendæ ſunt: præclara itaque ejus inventio inter ſeculi præteriti felicitates numeranda eſt. Huic autem rei fidem facit ex poſteriore par illud nobile Medicamentorum; nimirum divinum unum ex Cortice Peruviano, *& alterum* Hypochocaana *dictum. Nam ſimplicia illa & prompta remedia omnigenas febres intermittentes, Dyſenteriamque omnino tollunt, tamèn leniter & parce admodum ſenſibiles ullas evacuationes moliendo, ne ſudorem quidem: igitur inſenſibilem putà perſpirationem ex integro reſtituendo, res ſuas conficiunt.*

LXII.

De aliis ſenſibilibus evacuationibus idem dici non poteſt: quæ ſi excedant; criticæ exiſtimandæ ſunt: utpote ex intemperantia fere cibariorum natæ.

LXIII.

Illud imprimis notandum, jejunium hic poni inter remedia Naturæ inimica.

Illa

LX.

Pluribus unica die naturali per insensibilem perspirationem tantum evacuatur, quantum per alvum quindecim dierum cursu.

LXI.

Ut quid nostratium plurimi in omni ægritudine solùm per alvum, vel per urinam, evacuandum sibi proponunt, & de insensibili perspiratione vix cogitant?

LXII.

Si magis solito noctu perspiraveris, sed sine sudore, atque omni molestia, persuasum te habeas de optima valetudine.

LXIII.

Tunc quam maximè recedimus à morbo quando pervenimus ad medium latitu-

LXIV.

Illa media ratio, nimirum triginta & quinque unciarum perſpiratæ materiæ, ad victum præſcribendum minuendumque inſtituitur. Etenim ab ejus exceſſu nimium corporis pondus, viſcerumque defectus tandem oriuntur.

LXV. LXVI.

Illa obſervatio ſtateræ ex toto debetur, ideo Authori ſuo meritiſſimo adſcribenda eſt. Inde ſanè Menſtruorii quoque ratio eluceſcit, ut quod ſupervacaneum in ſanguine tanto ſpatio accumuletur, nec digeri poſſit à media atque ultima concoctione, Viris naturaliter evacuatur Veſica, Fœminis verò per uterum fertur. Atque eadem ferè viris ſymptomata an-

dinis ponderis salubris, non ob evacuationem sensibilem spontaneam vel à Medico factam vel ob jejunium, sed ob perspirationem insensibilem, quæ fit à somno post optimam coctionem.

LXIV.

Quanta conveniat perspiratio cuilibet, ut conservetur in statu saluberrimo, sic dignosces. Observa manè post aliquam pleniorem cœnam illam majorem perspirationem, quæ in teipso duodecim horarum spatio fieri possit: esto esse quinquaginta uncias: alio mane, sed post jejunium (hac tamen lege, ne in prandio præteritæ diei excesseris) idem observa; ponamus esse viginti; hoc præcognito, eligas illam cibi & aliarum causarum non naturalium moderationem, quę te ad medium inter quinquaginta & viginti quotidie ducere poterit; medium erit triginta quinque unciarum; hoc modo sanctissimam & diutissimam, seu centum annorum vitam duces.

LXV.

Corpora quoque virorum sana & moderatissimo victu utentia singulis mensibus fiunt solito ponderosiora, unius scilicet duarumve librarum pondere, & redeunt ad consuetum pondus circa finem mensis, ad instar mulierum; sed facta crisi, per urinam paulò copiosiorem, vel turbidiorem.

antecedunt, quibus fœminæ laborant, menstrua jamjam passuræ.

LXVII. LXVIII.

Aeri cœnoso adde eundem fumosum, maximè qui vitietur ex continuo incendio carbonis terrestris sulphurei.

Verùm perspiratam materiam à calore interno duplicato absumi vana ratio est. Etenim ex summo cordis musculorumque vigore fit, ut perspiratio, non obstante frigore, in robustis promoveatur; scilicet vel introrsum ad stomachum, & intestina, vel extrorsum ad cutem, pulmonemque.

LXIX.

Valetudinem sæpe convulsam accelerare senectutem ipsamque tandem mortem, non solùm, quòd vehementer corporis pondus tollat, sed quòd ejus augmentum subinde mutabile efficiat. Igitur sola diuturna ac solita valetudo ex stato quodam & perpetuo eodem pondere constare videtur.

LXX.

Cùm cruda fuerint addita, facile est scire; quia vires non respondent ponderis augmento.

In

LXVI.

Ante dictam crisim menstrualem à somno factam, vel gravitas capitis, vel corporis lassitudo persentitur, & deinde paulò copiosiori urina evacuata omnia sedantur.

LXVII.

Causæ externæ, quæ prohibere solent perspirationem, sunt aer frigidus, cænosus, & humidus, natatio in frigida; cibi crassi & viscidi; intermissio exercitii corporis, vel animi; & in robustis nimia abstinentia à coitu.

LXVIII.

Frigus externum prohibet perspirationem in debili, quia ejus calor dissipatur; in robusto vero auget, calor enim ad imum retrahitur, duplicatur, & deinde natura roboratur, quæ deinde retenti perspirabilis pondus è vestigio absumit, & corpus fit & sentitur levius.

LXIX.

Stabilior & diuturnior est sanitas illius corporis, cujus pondus multorum annorum cursu neque augetur, neq; minuitur, quam cujus pondus annuatim variatur.

LXX.

Reditus ad consuetam gravitatem crudorum succorum additamento, est malus: coctorum verò, est saluberrimus.

LXXI.

In senibus, pro ætate valdè sanis, id ferè accidit; neque enim ulla alia mortis, necessariò venturæ, notitia est, quàm in provectiore ætate salubritatis perpetuus quidem casus, sive detrimentum.

LXXII.

Stercoris humani, una vice dejecti, pondus rarò aut nunquam trientem excedit: ita & in reliquis animalibus, (Insectis non exceptis) quorum Stercora, Scybala *dicta, figurata sunt; ea scilicet ad æqualia ferè pondera formari. Hujus autem dispensationis ratio non ita obvia est.*

LXXIII.

Illud verissimum esse experimur: nempe ex subito metu aut mœrore, etiamsi eorum causa ex toto cessaverit, tamen ex vehementi cordis compressione insensibilis perspiratio diu labefactari potest: valetudinarii certè deinceps, etiam inviti, per multos dies male se habent. Tamen ista tridui mora, qua retentæ materiæ libra supra quotidianum pensum dissipanda est, etiam quandam rationem habet excessus istius insensibilis perspirationis præ aliis omnibus sensibilibus evacuationibus simul sumptis.

LXXIV.

In Oscitationibus Spiritus vehementer, copiosiùs, atque penitùs in pulmonem introducitur, atque eadem vi discutitur; scilicet

ma-

LXXI.

Sanum fieri minoris ponderis solito, eadem supposita vivendi ratione, malum; amissum enim quod erat salubre, non est remissum.

LXXII.

Excrementa alvi concocta sunt multæ molis, sed exigui ponderis; supernatant ob aerem inclusum, & quæ una vice excernuntur, nunquam libræ trientem excedunt.

LXXIII.

Si unica die ob aliquod erratum libra perspirationis retineatur, natura triduo solita est illud retentum insensibiliter expurgare.

LXXIV.

Tunc natura multum insensibiliter evacuat, cùm per oscitationes & artuum extensiones retentum perspirabile excernere conatur.

materia perſpiranda benè onuſtus: imò veriſimile eſt, materiæ in glandulis pulmonum benè coctæ, & avolitioni paratæ copiam ipſius oſcitationis ex magna parte cauſam eſſe.

LXXV.

Quicquid inſenſibiliter perſpiratur, maturum eſt: contrà quod ſenſui patet, ut in ſudore, crudum ab ipſo authore perhibetur. Ita non ſpecie inter ſe differunt crudum & coctum, ſed exitus modo cum utræque ejuſdem materiæ partes ſint.

LXXVI.

Iſte Aphoriſmus falſiſſimus eſt. Nam neque Cimices, Pediculive ſponte uſpiam generantur, aut atomata ſunt, ſed ſuis quique parentibus, ut cætera omnia animalia, originem debent: hi humores quidem, in glandulis cutaneis contentos, ſugere poſſunt: at ſanguinem etiam in victum vehementer cupiunt, trahuntque.

LXXVII.

In Lue quidem Venerea, Scabie, Hydrophobia hoc verum eſſe videtur; utpote quæ ſunt infectiones à contactu, nec aliter contagioſæ. At alii ſunt morbi ex ipſo inſenſibili, maximeque volatili halitu orti, ut Peſtilentia, Variolæ, &c.

LXXVIII.

Quia ex mora in iſtiuſmodi caloribus iſtum humorem cutaneum acredinem contrahere, veriſimile eſt. Vide infra hujus Sectionis Aph. 99.

Ex

LXXV.

Perſpirabile habet duas partes levem ſcilicet, & ponderoſam.

LXXVI.

Ponderoſa pars adeò affluit, ut ex ipſa generentur animalia; ut cimices, pediculi, & alia id genus.

LXXVII.

A parte perſpirationis ponderoſiore contagioſæ infectiones una cubantium proveniunt: leve enim evolat; ponderoſum verò adhærens coinquinat.

LXXVIII.

Quibus aliquid perſpirabilis in vehementiſſimis caloribus æſtivis exhalare prohibetur, calor eſt moleſtus: quibus verò per-

LXXIX.

Ex nimio alimenta viscera quæque maximè distenduntur; atque adeo ex perpetua ista vehementique partium tensione citius labefactantur pereuntque.

LXXX.

Per fibras istas duras intelligi volo vasa corporis minima, *quæ in senescentibus animalibus contrahi atque marcescere solent: unde sanguinis circuitus paulatim minuitur, viresque labefactantur.*

Summum suum incrementum attingere homo dicitur, ad annum ætatis vigesimum quintum: vivere tamen potest ad centum viginti annos & amplius; igitur citò fit adultus præ Silicernio; nempe illud ex ultima partium capacitate atque distentione; hoc verò ex earum, at minimarum primùm casu, ac interitu: neque ea ferè multæ simul & velociter pereunt, nisi morbis atque intemperantia.

Per ultima autem ista pondera intellige infima, ac valde diminuta.

LXXXI.

Quidam ægrotus, nomine Lane *de* Yarmothe *juvenis supra modum obesus, Variolis correptus est. Forte paulo antequam decubuit ad octo supra ducentas libras se pen-*

de-

perſpiratio omni ex parte eſt libera, calor non eſt moleſtus.

LXXIX.

Differt majus pondus à minori æquè ſalubri, quia majus plus accelerat ſenectutem. Eſto aliquem frui valetudine cum pondere ducentorum pondo æquè ac ducentis quinque: obſervavimus exceſſum illorum quinque magis accelerare ſenectutem.

LXXX.

Caro animata cur vivit & non putreſcit ut mortua? quia quotidie renovatur. Cur pueri diutius quam ſenes vivere poſſunt; Quia ſæpius poſſunt renovari, incipientes ab infimo totius latitudinis pondere uſque ad ultimum: ſunt enim plurimorum ſalubrium ponderum capaces. *Senes* cur neceſſariò moriuntur? quia ſolùm ultimorum ponderum ſunt capaces. *Sed* cur ſolùm illorum? quia fibræ illorum ſunt duræ, & ut tales, non poſſunt amplius renovari; unde mors.

LXXXI.

Qui ægritudine perniciosa corripiuntur, cur ſanantur? quia multorum ponderum ſalubrium ſunt capaces; à corporibus enim ægritudines triginta libras auferunt

dere ex Statera cognovit. Menſe vix finito convaluit, atque iterum, animi cauſa, ſeipſum ponderabat; & jam ad octoginta minimum libras levior factus eſt, per quindecim fere dies incredibiliter quidem exſpuebat: at multo, certe maximam partem per inſenſibilem perſpirationem amiſit.

LXXXII.

De Aphoriſmis primæ editioni additis illud in primis notandum eſt; eos fere morbos, eorumque Symptomata reſpicere; ac ſi doctrinam de inſenſibili perſpiratione ex praxi confirmaret, ex quo ſane maxima nobis Utilitas, & Lumen.

Frequentia autem illa Senum Sputaminæ quod ſpectat, fere ex diminuta inſenſibili pulmonum perſpiratione oriuntur; quæ ſecundum Sanctorium ad decimam partem totius, ex mea vero æſtimatione, an conjectura dicam, ad duplum accedit. Ubi autem pulmones ætate labefactantur, illa inſenſibilis evacuatio ex bona parte in ſenſibilem pituitam vertitur.

At omnis pituita ſive ſputum concoctionis nove non incapax eſt, imo etiamſi purulentum eſſe videatur, tamen haud multum à chylo differt: nempe per ſanguinis orbem circumlata, perque pulmonis glandularum ora ejecta. Id quod ſatis conſtat ex uſu quorũdam phthiſicorum ſputum ſuum, in os ſubinde excreatum, continuò deglutientium: ita enim non-

nul-

runt plus minuſve, prout corpora magis vel minus repleta ſunt, & prout ægritudo magis vel minus calida & longa exiſtit.

Additi ab Auctore.

LXXXII.

Senes ob frequentia ſputamina vitam protrahunt: retenta ut incapacia coctionis vel digeſtionis impediunt perſpirationem: unde ſuffocatio & mors.

nulli, quod teſtor, mihi noti multos annos miſeram vitam traxerunt.

LXXXIII. LXXXIV.

Senibus ſumma temperantia utendum, & caute admodum vivendum eſt; quia ſenectus meritò in morbis numeratur. Cùm multo tamen maxima hominum pars exiſtimet, loca, aut hęc vel illa alimentorum genera eſſe cauſam vitæ longæ, vehementer inquirere ſolet, ubi habitaverit, quidue ederit, biberitue iſte tot annorum ruſticus Senex. Verum Providentiæ divinæ præcipue debetur, quod is vixerit, toto vitæ curriculo ſibi per omnia ſimilis, imò is duriter vitam ſuſtentavit, ſub craſſo cælo, victu non quæſito; at rarò ei ulla incommoda acciderunt, vel ex neceſſitate rei domeſticæ, vel quòd à tentationibus remotior fuit; aliter vero ſe habent urbani, & qui rebus agendis diſtrahantur.

Iſti vero exceſſus jam numerati in ſene maximopere vitandi ſunt, quòd aliena atque imbecilli ætate fiant; unique perſpirabili promovendo incumbat, ſi vitam diu prolongare ſanus velit.

LXXXV.

Senibus propter cordis muſculorumque imbecillitatem ſecunda & tertia concoctio tardior eſt; expeditior autem prima. Nam prima ventriculi & inteſtinorum eſt, citraque ſanguinis Orbem conficitur; cùm autem per-

LXXXIII.

Senectus revera est ęgritudo, sed diu protrahitur, si corpus reddatur perspirabile.

LXXXIV.

Interimunt Senes coitus, corporis actualis frigiditas, potio, plus justo cœnare ut juvenes, plus debito irasci, & exerceri.

LXXXV.

Senes ætatem decrepitam non attingunt ob diminutas expultrices: Hinc dum plus solito bibunt, minus mejunt, & minus solito perspirant. Remedio est, ut abiatio exæquet additioni.

Per-

perſpiratio in ſenibus non ita expeditum exitum habeat per cutem pulmoneſque, ideo valde inclinatur in Stomachum & Inteſtina, & concoquens Septicus vapor fit. Imo non raro ſenes vehementer edaces ſunt; at tarde admodun digerunt per ultimas concoctiones.

LXXXVI. LXXXVII.

Quomodo autem iſti morbi lethales privatim fiant ex perſpiratione inſenſibili præcluſa, longum eſſet explicare, quod non patitur hujus inſtituti noſtri brevitas. At in uteri præfocatione inſenſibilis perſpiratio interdum tantum non ex toto ceſſat: extant ſane in Hiſtoria medica haud pauca fœminarum exempla, quæ ex eo morbo ad duos treſve annos decubuerunt, fere ſine alimento, cerze adeo tenui ſumpto, ut tanquam nullum videretur; tamen vixerunt: imo ex iis aliquę ad integram valetudinem reſtitutæ ſunt. Id vero fieri non potuit ſine incredibili pulſus languore, tarditateque, aut intermiſſione: atque hæc vita inſectorum eſt, maxime per hyemem; etiam nonnullorum ſanguineorum Animalium.

In ſuffocatione autem ab utero, is non ſolum per ſe convellitur, ſed non raro & ventriculus gulaque; imo pulmones, ſimulque reliqua interdum omnia viſcera, totaque fœmina. At iſtud muliebre ſemen vana imaginatio eſt, cum iſtiuſmodi res nulla uſpiam ſit.

Hu-

LXXXVI.

Perſpiratio inſenſibilis non ſolum principum, ſed unius partis infimæ omnino vetita vitam tollit. Principum, dum in cerebro fit apoplexia, in corde palpitatio, in jecore polyæmia, & in uterò præfocatio: Infimæ partis, gangræna.

LXXXVII.

Dum ſuffocantur mulieres, non fit ob uterum comprimentem ſeptum, ſed à frigiditate ſeminis corrupti non indigentis perſpiratione.

LXXXVIII.

Humores quidem, quibus Arthritici vexantur, ita attenuari possunt, ut vel perspiratione ejiciantur, vel certè in massam sanguinis denuò remeent; isti verò calli tophique (scilicet, quædam ferè ossium corruptorum materia) vix ullo remedio, nisi excisione, tolli possunt.

LXXXIX.

Ista stomachi vehemens irritatio non solùm perspirationem omnem ad internas partes inclinat, attrahitque, sed reliqui ferè meatus externi, quales sunt cutanei ductus, pulmonis quoque renumque, ad nixum vomendi adjuvandum, necessariò claudantur.

XC.

Perpetuæ cordis, musculorumque constrictio, etiam in decubitu, concoctionem, perspirationemque diminuit: at somnus (scilicet quo tempore eadem relaxantur, suique juris fiunt) perspirationis itinera commode aperit, facultatesque concoctrices mirifice promovet. At vereor, ne istud remedium, nempe ex pertinacia decumbentis, frustra plerisque præscriptum sit.

XCI.

Forte ex summa illa distantia, qua pedes à corde ponuntur; nam multo remotiores, longioresque venæ sunt, quæ ad pedes feruntur, quam quæ ad caput manusque: igitur maxime ex usu, certe valetudinariorum, esse vi-

LXXXVIII.

Humores podagricorum, etiam si crassissimi sint, solum per modum vaporis resolvuntur.

LXXXIX.

Vomitus urinam & perspirationem divertit.

XC.

Corporis in lecto frequens circumvolutio, cum fiat omnium musculorum motu, enervat, & coctionem & perspirationem utilem diminuit. Remedio est, in eodem situ obstinatè quiescere.

XCI.

Dum genua actu calida conservantur, non algent pedes, noctu benè dormiunt, magis perspirant, & minus mejunt.

videtur, ut sanguis, tanquam media via, scilicet ad genua, denuo incalescat; quo facilius perageantur functiones corporis.

XCII.

Verisimile est etiam, illud Hypochocaana, *ad dysenteriam & tormina ventris longe omnium efficacissimum remedium, quamvis interdum leniter admodum purget, vomarque, tamen perspirationem obstructam, certe externam, vehementer promoveat: ita plurima medicamenta exigua quantitate antidota sunt; quæ si plenius exhibeantur, stomachum & intestina gravissime irritant; de qua re perpendas velim antiquissimam Mithridati compositionem.*

XCIII.

Ponderis diminutio per inediam vires corporis labefactat, & senectutem, mortemque accelerat: scilicet propter minimorum vasorum flaccidiratem, contractionem, amissionem.

XCIV.

Tu velim benè perpendas Fontium medicatorum virtutes ad urinam vehemẽter movendam, & dic mihi quamdiu putabis excessum usumque continuum tantæ potionis tibi salubrem fore; at quod mejis plus, quàm bibis, idque celerrimè ab ista solicitudine vacuus es. Verùm scias duo inde incommoda secutura, scilicet perspirationem interim tolli, & metallicos istos sales in omnibus concoctionum

offi-

XCII.

Profluvium alvi tollitur iis quæ perspirationem augent, sicuti est Balneum.

XCIII.

Sicuti magnes cum multo ferro, & vinum in magno dolio melius conservatur quam in doliolo: Sic corpora ponderosiora salubria magis robur conservant, quam cedentia à pondere per inediam.

XCVI.

Qui plus mejunt, quàm bibunt, parum vel nihil perspirant.

officinis impingi, ægrè admodum amovendos, eliminandosque.

XCV.

Quicquid febrium intermittentium causæ sit, id primùm sentitur circa ventriculum atque intestina; mox cum horrore quodam diffunditur per habitum corporis; an propter subitam atque inusitatam eruptionem bibis fervide: unde sequitur cordis tantùm non deliquium, & horrores tremoresque in extremis, tanquam à veneno quodam sumpto.

XCVI.

Non evacuatur aqua in abdomine Hydropici; quod ea aqua jam ejecta est è Glandulis vel intra tunicas peritonæi, vel in ipsam abdominis cavitatem: ita frustra expectatur, ut perspiret, cum jam extra organa perspirationis sit.

XCVII.

Ita quidem & laxantur pori sive ora ductuum, & citius quoque humor in glandulis digeritur ad maturam evolationem; in quibus sanè insensibilis perspirationis unica notitia consistit.

XCVIII.

Cùm vehemens illa febrilis intentò se remiserit, ut in deliquiis contingere solet, sudor ex lucta erumpit, & quicquid in summa illa constrictione in glandulis retentum fuerit, & jam concoctum, perspirationique aptum, ex laxatis admodum ductibus ejicitur.

Quòd

XCV.

In Febribus intermittentibus cur perspiratio insensibilis prohibetur? quia humor peccans est in ambitu corporis.

XCVI.

In hydrope non resolvitur aqua abdominis, quia ejus siccitas & durities impediunt perspirationem.

XCVII.

Humores calidi comfluxi in aliquam partem, calidis digerentibus tractantur, ut per insensibilem perspirationem resolvantur.

XCVIII.

In magis febribus cur lipothymia juvat? quia sudorem & validam perspirationem facit.

XCIX.

Quòd hæc acescere apta nata est: Farinæ verò per se nimium constringit, obturatque; haud aliter quàm fascia quædam duriter circumjecta.

C. CI.

Quis non vidit refrigerandi methodum in variolis esse valde periculosam? quia satis refrigeratur corpus ex ipsa eruptione variolarum; nempe minuitur febris, eruptioque desinit.

CII. CIII.

Balneo naturali, sive Thermis apud nos potius utendum est, ob aeris inclementiam: harum quippe effectus admodum celer ob vaporis subtilitatem, quo incalescant; nempe spiritu quodam sulphureo è pyrita sive metallis ferreis fervidis & tantùm non ignitis orto: ita materia glandulis contenta citò concoquitur, earumque oscula relaxantur, ut ea liberè & insensibiliter effluat.

His adde victum humidum, ut materiæ copia & facilis concoctionis glandulis suppetat. At in solium descendant jejuni, id est, corpore purgato, scilicet primis viis excrementis prorsus vacuis, imò & ventriculo inani.

Pari

XCIX.

Punctura nervi, si lacte, farina, vel simili claudatur, ichor retentus ita acris fit, ut moriantur convulsi, nisi oleo aperiatur vulnus.

C.

In tumoribus perspiratio utilis, si fiat humidis, actu & potentia; secus in scirrhum cedunt, tenue resolvendo, & crassum relinquendo.

CI.

Pars corporis ut repleta sanguine, ne, vel alio humore, ut in tumoribus, & in ipsa pleuritide, non est refrigeranda; quia evacuata materia sponte refrigeratur.

CII.

Hypochondriaci, si frequentibus balneis eorum corpora reddantur perspirabilia, & victu humido utantur; sani fiunt.

CIII.

Perspiratio insensibilis facta per fomenta in non purgato corpore, plus attrahit quam resolvit, ut de Simone.

CIV.

Pariferè ratione qui Febre, verbi causa, per se multum sudet, ei nec sanguis mittendus est, aut purgandus: si quidem solus sudor, ipsi febri solvendæ satis esse videtur.

CV.

Peticulæ fieri videntur ex ipso sanguine integro, in ductus glandularum excretorios extruso corruptoque: idque cum, vel sine febre; ut in Scorbuto, *hoc non rarò contigisse vidi; de quo in aliis scriptis meis satis dixi.*

CVI. CVII.

Quod suppurat, ferè incrassat; quod verò perspirationem promovet, attenuat.

Gangræna autem ab Arteriolis minimis incipit; mox majora vasa corripit, & tandem ad cor usque serpit. Igitur ob motum sanguinis in parte affecta penitus obstructi, non a copia ejus, ut vult Author, id malum oriri videtur.

CVIII.

At hi insensibiles meatus non alii sunt, quàm ductus glandularum excretorii: in quibus ipsi renes sunt, pulmonesque. At id non fit, nisi vitiatis itineribus in corpore male se habente.

CIX. CX.

At iste somnus naturalis esse debet, non Opio acquisitus; quia ab hoc vires non restituuntur, etiamsi sudor ejus virtutem sequatur: profectò Opium res est omnium maxime restringens.

CIV.

Corpora quę inſenſibiliter multum perſpirant, neque purgantur, neque phlebotomantur, ut patet de pueris.

CV.

Peticulæ cur fiunt? quia maligni ichoxis perſpiratio impeditur.

CVI.

Gangræna iis quæ perſpirant, prohibetur: iis quæ ſuppurant, fit Sphacelus.

CVII.

Pars gangræna affecta cur moritur? quia arteriolæ ob ſanguinis copiam non attolluntur. Remedio eſt evacuatio *ſenſibilis & inſenſibilis.*

CVIII.

Craſſiſſimi humores in robuſtis per anguſtiſſimas vias tranant, ut patet de pinguedine per urinam, de mulſa injecta in pectus vulneratum: ergo per inſenſibiles meatus.

CIX.

Per diffiationem evacuatur materia utilis & inutilis: ſi verò poſt ſomnum acquirantur vires, plurimum inutilis.

C X.

Diffiatio, quæ effugit ſenſum, eſt na-

Est etiam modus in diffatione sedulò notandus, ne utile cum inutili avolet: rectè itaque docemur ejus indicimus, scilicet ad vires conservandas restituendasque. Cave itaque si moderationem excedas in sudorificis exhibendis.

CXI.

Id fit summa totius corporis contractione ex consensu partium, motuque adeo sanguinis tardato.

CXII.

Per Natationem indicat Mare, aut flumina; quæ eo tempore fere tepescunt per æstatem; cùm mane multo frigidior sit eorum aqua; scilicet calore vespertino concepto ex aere atmospharico etiam intra aquam depresso commistoque.

CXIII.

A perspiratione prohibita omnes ductus glandularum excretorii, ex copia humoris retenti, distenduntur; unde gravitatis cujusdam & doloris sensus oritur.

CXIV.

Ex nimio defectu chyli in summe rigida inedia vasa minima labefactantur, flaccida fiunt, & tandem arescere apta sunt; nam ea, ut reliquum corpus, ex sola eaque quotidiana plenitudine distendi, id est, nutriri solent. Igitur perspiratio diu obstructa non tutò inedia pertinaci tollitur, & propter detrimentum viscerum, & quòd tota illa materia

turalis, & indicat robur, è contra verò sudor.

CXI.

Si quod corporis pars hieme valdè frigescat, ita totum corpus consentit, ut coctio & totius perspiratio minor fiat.

CXII.

Natatio vesperi tutior: manè ab aquæ frigidiore meatus clauduntur, unde febris periculum.

CXIII.

In æstate si corpus jaceat detectum, prohibetur perspiratio: Unde capitis gravitas, & corporis confractio.

CXIV.

Dum quinque, vel sex dierum cursu, corporis pondus augetur, non statim, sed paulatim est tollendum: inedia enim summè rigida lædit ventriculum, cerebrum, cor; mox totum corpus.

teria ſupervacua perſpiranda (etiamſi plurium dierum fuerit accumulatio) in ductibus fere excretoriis, (qui mera itinera non ſunt, ſed etiam receptacula) atque adeo extra venas continetnr.

CXV.

Febres ex gravi fere pondere prohibitæ perſpirationis naſcuntur. Igitur veriſimile eſt, earum fomitem in glandularum viſcerumque ductibus nidulari.

CXVI.

Etenim ex iſto frigore primùm ductus glandularum ex toto clauduntur: mox ad vaſa minima idem malum transfertur, eaque coanguſtantur, tandem majora patiuntur, quod excipit mors.

CXVII.

Tamen poſt balnea Unctiones adhibuerunt Veteres, ex oleo ſimplici vel medicato: rectè id quidem; ſcilicet ne nimium perſpirent oſcula glandularum præter modum ex calida aperta. At hæc integræ cuti & non ulceratæ ſuper injiciebantur. Major tamen cautio adhibenda eſt in ſevo aut adipe uſurpando, quam in oleo aut cera.

CXVIII.

Quotidiana reliquis febribus intermittentibus periculoſior eſt, quòd in ea corporis integritas omnium minima eſt, & ad continuam propius accedit. Pituita autem prohibitæ perſpirationis indicium eſt, quod illa

mate-

CXV.

In Autumno augetur corporis pondus; quod si excedat salubrem latitudinem, fiunt tertianæ, seu aliæ putridæ.

CXVI.

Extrema frigida in acuta febre, nisi incalescant, lethalia, ob adiapneustiam.

CXVII.

Nihil magis nocet ulceribus malignis, quam quæ prohibent perspiratum, ut adeps, oleum, & cera.

CXVIII.

Quotidiana sola ex intermittentibus non caret periculo, pituita enim in prohibendo perspirationem primum locum tenet.

materia, qua foràs insensibiliter ferenda esset, jam molestè expurgatur, sub speciem pituitæ cujusdam viscidæ.

CXIX.

Est quidam consensus in Universa cute; at hic privatim ob interceptionem perspirabilis in cervice pericranium patitur; utpote proximè continuum suum & remotius membrum à corde. Vide suprà hujus Sectionis Aph. 91.

CXX.

Respirationem à perspiratione malè distinguit; nam utriusque idem effectus, atque eadem causa est. At ventilationi certè pulmonum, aer temperatus imprimis necessarius esse videtur; qui si tenuior ac siccior sit, quàm par est, humorem insensibiliter in pulmonem ejectum haud ita prompte in se recipit, cumque eo miscetur: sin is crassior, & humidior intret, jam suum pondus habet.

CXXI.

Tremenda quidem est ista vehemens & intempesti va refrigeratio, quam nostri homines Variolatis maxime, aliisque nonnullis febribus acutis, tanta diligentia procurare student, contra fidem notissimam hujus Aphorismi.

CXXII.

Græci Romanique Unctiones, ut suprà dictum est, à Balneo adhibuerunt, ad insensibilem perspirationem cohibendam; ne scilicet nimia evolatio eos enervaret. At tu mit-

te

CXIV.

Conſtipata perſpiratione in cervice ſtupeſcit ſenſus pericranii; ut depaſtio ambulantis ſub vento & pluvia.

CXX.

Nihil magis putredinem tollit quam larga ventilatio; non ſolum per inſpiratum, ſed etiam per meatus inſenſibiles facta.

CXXI.

Refrigerationes in morbis acutis indicant mortem, ut in Hermocrate; adimunt enim peſpirationem.

CXXII.

Poſt balneum, oleo meatus cutis condenſantur, hoc fine, ne humiditas alimentalis attracta reſolvatur, ergo oleum claudet in periculis, & non aperiet poros.

te Attractionem, cogita solum cordis pulsum, & in nutritione & in perspiratione.

CXXIII.

Sunt qui eam victus rationem forte fortuna, & parum cogitantes consequuntur, quæ eos tanquam invitos ad ultimum senium perducat. Vide suprà hujus Sectionis Aph.83.84.

CXXIV. CXXV.

Ad eundem modum perficitur dissipatio per glandulas, in quacunque corporis parte ea fiat. At pulmo non magis perspirationis Organum est, quam Vesica Urinæ: Etenim Utraque mera tantùm receptacula sunt: nempe ille aeris, hæc Urinæ.

Vesicæ autem evacuatio est actio voluntaria, & relaxantur musculi Sphincteris, ut emittatur Urina. Pulmonis verò actio reciproca est, ut iste profundus puteus materiæ perspiratæ exantletur: aer itaque primùm intromittendus est, quòd fit ampliando cavitatem; scilicet relaxando musculos circum circa thoracem dispositos, etiam ipso diaphragmate depresso; eorundem verò levi constrictione fit expiratio; nempe ipso aere accumulato compressoque, sua vi elastica expirandi actionem mirifice adjuvante.

CXXVI. CXXVII.

Pestilentia correptorum tactu nos non inficivult author: at Ulcera à pestilentia orta videntur esse admodum venenata? imo ipsam inspirationem non aliud esse præter tactum quen-

CXXIII.

Ea tamen victus ratio, quam quotidie minus perpendimus, pellit nos ad senium Philippi.

CXXIV.

Diaphragma contrahendo se ad suum principium dilatat thoracem; dilatando fit inspiratio; se laxando constringit, & constringendo fit expiratio.

CXXV.

Sphincter verò contrahendo se ad suum principium constringit vesicam, & urinam continet; Se laxando dilatat, & eam reddit.

De Peste.

CXXVI.

Res peste infectę inficiunt quousque durant proximæ & remotæ causæ: unica tamen deficiente cessat virus ad instar motus horologii, dum rotarum unico irrito dente quiescit.

quendam; cùm cavitates pulmonum æquè extra habitum corporis sunt, ac ipsa putà manuum cutis. Igitur mihi certè verisimile est, aerem à pestilentia capto infectum, contaminatumque, pituita & victu simul in stomachum deglutiri, chyloque mox commistum in sanguinem transferri: tandem irrequieto sanguinis cursu in glandulas pelli: ubi propter morulam, quòd jam extra pulsum cordis sit, eas inflammari: atque in dira ista Ulcera, ab Authore commemorata, corrumpi.

CXXVIII.

Quemadmodum Carbunculi Buboneſque, secundum vires ægroti, sola pestilentiæ saluzifera; ita Papulæ nigræ, *quæ nostratibus recte* Tokens *appellantur, certa mortis indicia sunt. Verum hic perinde ut in Variolis insensibilis perspiratio si forte nobis aliquo medicamento comparanda esset, vix sufficeret ad salutem ob morbi summam malignitatem, quæ sua quoque remedia desiderat.*

CXXIX.

Igitur Pestilentia Europæ morbus indigena non est; item quòd ex toto desinit apud nos; neque unquam per se reviviscit, nisi afferatur ab Asiaticis.

CXXX.

Atque ista computatio valde prope convenit cum rationibus ex Pestilentia mortuorum Londini editis 1665. *forte major ejus sævitia est in calidioribus, qualis Italia, regionibus.*

Macu-

CXXVII.

Peste non tactu, sed inspiratu aeris pestiferi, vel halitu supellectilium inficimur. Sic fit: Spiritus vitalis ex aere inficitur, ab infecto spiritu congelatur sanguis, qui extra pulsus, carbones, nigras papulas, & bubones efficit; si manet intus, mortem; si totus pellitur ad extra, evadimus.

CXXVIII.

Si ad carbones & bubones tota pestis pellatur, bonum: Si minus, lethale.

CXXIX.

Non sponte inficimur peste, sed fertur ab aliis. Patet experimento Monialium.

CXXX.

Non omnes, sed tertia hominum pars circiter, peste moriuntur. Patet experimento Vespilionum.

Qui

CXXXI.

Maculas quaſdam nigras in Scorbuto funeſtas, etiam citra febrem, aut infectionem ſæpe vidi; atque ex his potius fuiſſe, quas Diemerbroekius ſe in puero in platea ludente Ultrajecti *obſervaſſe dicit, quam ad peſtilentiam pertinuiſſe, veriſimile eſt.*

CXXXII. CXXXIII.

Neſcio quomodo Bubones & Carbunculi à Papulis nigris differant: Has *autem à colore & quòd profunde penetrent ad ipſa uſque oſſa, latiuſque inficiant, ex ipſis vaſis ſanguineis exulceratis, Sphacelatiſque fieri, conjicio:* illos *verò Glandulas tantùm occupare, adeoque minus perniciosos eſſe; quod in has fere materia extra circulum ſanguinis protruſa, corruptaque ſit.*

CXXXIV.

Sanorum ſeparatio ab infectis valde utilis eſt; itidem ut ex infectis pauci admodum ſeorſim & libenter unà habitent. At quomodo ſupellectilium uſtio ad peſtilentiam propagandam conferat, non video. Cum antiqui certe ignem optimam luſtrationem & aeris inſalubris purgamentum ſingulare ſemper experti ſint.

CXXXV.

Valetudinarii, in quibus ſunt pulmones infirmi, opportuniores infectioni ſunt; quòd venenum habitum corporis faciliùs penetrat, & tardius inde expellitur. At vereor, ne ſic

ve-

CXXXI.

Qui putant nigrorem papularum & carbonum indicare aduſtionem, errant: ſæpè enim Senes intus & extra frigidi citra febrem inter biduum cum eodem nigrore à Thrombo profecto decedunt.

CXXXII.

Si paucus ſanguis ob corruptum ſpiritum vitalem fit thrombus, hic ſi totus expurgetur per bubones & carbones, ſanantur; ſi non totus, moriuntur, ut in nigris papulis.

CXXXIII.

Hinc quibus anthraces & bubones aperiuntur: ſi interna infectio tota exeat, ſanantur: ſi minus, moriuntur.

CXXXIV.

Modus frænandi peſtes duplex; ut ſani ſeparentur, & infecti ſe pandant: modus ut ſe pandant, duplex; ut ad loca illis inviſa non mittantur; & illorum ſuppellex non uratur.

CXXXV.

Peſte inficiuntur facilè rarum habentes pulmonem; è contra qui denſum. Rarum habent, ſi facto maximo inſpiratu unicus pulſus ictus fiat quietior.

verum homines in inſpirato aere tantùm inſici.

CXXXVI.

Scilicet propter cœli & tempeſtatum mutationes: ideo cùm peſtilentia, ut ſuprà diximus nobis non ſit indigena morbus, etiamſi innumeri homines reſtent inficiendi, tamen ſole in brumam inclinante ferè extinguitur.

CXXXVII.

Quantum ſpatium per aerem vi venti feratur Peſtilentia, non certò definitur: illud veriſſimum eſt, veſtimenta ad ducenta milliaria Londino tempore peſtilentiæ, miſſa, totam familiam infeciſſe, ut medio prætexito ſeculo contigit D. Belenſiam, VVeſtmorlandiæ.

CXXXVIII. CXXXIX.

Hoc ſanè prudens & vetuſtiſſimum remedium eſt; nempe eo tempore, peregrinari, navigare.

Optimam ſane Medicis excuſationem! ſi quos ægrotos ſibi commiſſos habeant. Verùntamen nullus dubito, quin ſpecifica quoque remedia ad hoc terribile malum in rerum natura dentur, ſeculis venturis inveniendæ.

CXL.

Hujus aphoriſmi iſtum Articulum, quo omnia remedia interna explodantur, minime approbo; quòd aliquot jam cognita ſint,

&

CXXXVI.

Peſtis non eſt ut ignis, qui augeſcente pabulo creſcit: ipſa verò eodem modo pabulo ſe habente decreſcit.

CXXXVII.

Radii peſtis vento loco dimoventur: corporis lucidi nulla vi.

CXXXVII.

Qui aliud remedium pro vitanda peſte inſtituunt, quam fugam, vel ſunt homines ignorantes, vel volunt æruſcare.

CXXXIX.

Hinc nobilium ferè nemo cum remediis, plebei verò ſine iis plures ſanantur.

CXL.

Cur diu durat peſtis?

Quia dum ſævit, purgant res infectas, quas purgando fures clam diſſeminant, poſt finitam peſtem non inficiunt; ſecus peſtis eſſet perpetua.

Quia infecti, dum vi mittuntur extra urbem, alii non ſe pandunt: unde infectio creſcit.

Quia

& alia posse inveniri, huic malo utut tremendo valde accommodata, spes est: maxime, cùm aliis Febribus, etiam malignis, curandi methodus, non sine successu instituta sit.

DE AERE, ET AQUIS.

SECTIO SECUNDA.

I.

Rigus sive aquæ, sive aeris Glandularum Oscula constringit, ita perspirationem cohibet: in robustis verò, ubi major resistentia & nixus est, ex quibus calor continuò incenditur, materia perspiranda subtilior fit & vehementius foràs ejicitur: contrà in debilibus, pondus ex suppressa perspiratione augetur, viresque labefactantur.

Nescio

Quia non prohibent populi cursum ad templa. Sub dio sacra essent exercenda.

Quia eligunt chirurgos exteros, quibus, quo major pestis, eo gratior.

Quia ab infectis non separant sanos in aliam domum.

Quia utuntur remedio interno pro peste, cum nullum detur, quod non noceat.

Quia permittunt mercatum pullorum, quos tangunt infecti, dein sani eosdem tangentes inficiuntur.

DE AERE, ET AQUIS.

SECTIO SECUNDA.

APHORISMUS I.

AER frigidus, & lavacra frigida, corpora robusta calefaciunt, eaque, auferendo superfluum, reddunt leviora; debilia refrigerant, eaque, vincendo calorem, ponderosiora efficiunt.

I I.

Nescio an non Thermarum quoque aquæ intus modicè sumptæ, possint etiam remedio esse obstructæ perspirationi, magno emolumento visceribus ideo infirmatis?

Eadem sunt Peregrinationum commoda, nobis certè Anglis, in cælum calidius siccinsque.

I I I.

Calidus subtilisque quidem aer Glandularum ora aperit, perspirationemque evocat: frigidus autem humidusque eadem obstruit, claditque. At ut aer externus in profundum corporis per arterias penetret, haud credibile est: ita nec pondus per se vel minuere vel adjicere libenter concedimus.

Sanguinis in orbem motus Authori incognitus fuit: ideo ex antiquorum doctrina credidit ipsas arterias aeri suscipiendo vehendoque privatim destinatas fuisse, ipsamque pulmonum substantiam eam admittere. At, ut arbitror, aer non alio itinere intra sanguinis circuitum transfertur, quam quo chylus, quo ferè miscetur, & extra pellitur per solos viscerum Glandularum ductus.

I V.

Aeris pondus, ejusque Elater non utique Antiquis incognita fuerunt, ut aliis scriptis ostendimus; at hic ejus tantum humiditas notatur; scilicet; quatenus repletur aqueis particulis. Nam quò magis iis abeundet, ponde-

II.

Aer calidus, & lavacra actu calida, nisi obstent cruda, juvant quoque perspirationem, refrigerant interna viscera, & corpora efficiunt leviora.

III.

Aer externus per arterias in profundum corporis penetrans, potest reddere corpus levius & gravius: levius, si tenuis & calidus; gravius, si crassus & humidus sit.

IV.

Quanta sit aeris ponderositas, colligitur primò ex majori vel minori gravitate aluminis fæcum prius exiccati in sole, & deinde aeri nocturno expositi. Secundò ex eo quia sentiamus majus frigus, quam quod

ponderoſiorque ſit, eò frigidior eſt; ita quidem Author exiſtimat; illud certè veriſſimum eſt; in aere ſic conſtituto ſcilicet gravi humidoque multo difficilior ſpiritus, emiſſionique perſpiratæ materiæ is magis reſiſtit.

V.

Aqua ponderoſa inſalubris eſt; an non omnes aquæ metallis infectæ quamvis ſimplici ponderoſiores ſunt? at dices, ſales & metalla quoque medicamenta eſſe; atque ita ad ſalutem, ſi rectè adhibeantur, plurimum poſſe conferre.

V I.

Id intelligt debet de locis paluſtribus atque uliginoſis, ubi ſcilicet aer tanquam aqua, aqua autem cænoſa eſt: ibi ferè febres intermittentes indigenæ ſunt: ex quibus, ſi diutius corpora afflictent, cachexia, hydropſque; nimirum propter materiam perſpirandam craſſeſcentem, ductibuſque viſcerum glandularumque retentam, inque ichorem quendam acrem putreſcentem.

V I I.

Salubre frigus conſtringendo denſat & muſculorum fibras & glandularum meatus, ita firmitatem quidem & vires corpori dat interim verò, etiamſi perſpiratio non tam copioſa ſit, tamen ob iſtam moram in viſceribus invigoratis, & benè concocta, & ad-

modum

obſervetur in inſtrumento temperamentorum: aeris enim humiditas ſeu ponderoſitas nobis eſt lima frigiditatis. Tertiò ex majori vel minori incurvatione tabulæ ſubtiliſſimæ, præcipuè ex piro. Quartò ex contractione chordarum teſtudinum, vel ex cannabe.

V.

Quanta ſit aquę ponderoſitas, facilè intelligitur, ſi grave perpenditur in aqua; illa enim eſt levior, & per conſequens ſalubrior, in qua grave magis gravitat: illa verò, in qua minus, eſt ponderoſior, & inſalubrior.

V I.

Aqua gravior, & aer cænoſior & ponderoſior, convertunt inviſibilem perſpirationem in ichorem; qui retentus, & deinde non reſolutus, magna ex patte in Cachexiam faceſſere ſolet.

V I I.

In aere frigido ſalubri prohibetur quoque perſpiratio; denſantur meatus, ſed roborantur fibræ, & perſpirabilis retenti pondus nec lædit, nec ſentitur.

modum insensibiliter materia ejicitur.

VIII.

Propter crassitiem & humiditatem aeris inspirati, pulmonum perspiratio à ductibus suarum glandularum parum aufert, evaporatque; cæteri quoque meatus cutanei, etiamsi relaxati, tamen ob cruditatem istius materiæ implentur, pondereque supervacanei cujusdam Oneris corpus aggravant.

IX.

I. e. nisi exeat per Urinam, aut alias.

X.

Improvisa frigiditate valetudinarii non raro graviter plectuntur; ob organa quædam perspirationi dicata valdè imbecillia, tenuemque corporis habitum, ut ponderi supervacaneo ferendo non sufficiant, quin aliqua sensibilis humorum eruptio vel statim hominem opprimat, vel parti minus sanæ impactidiu excrucient; frigore autem sensim superveniente etiam partes, si quæ sint naturaliter & ex traduce malè constitutæ, minime læduntur.

XI.

Pondus duarum librarum supervacaneū, à frigore calori subitò superveniente: etiamsi ob voluptatem refrigerationis, non statim sen-

VIII.

In cænoso prohibetur perspiratio, meatus implentur, sed non densantur, fibræ laxantur, non roborantur, & pondus perspirabilis retenti lædit, & sentitur.

IX.

Si aeri æstivo frigus superveniat, illa die, supposita eadem bibendi libertate, tertiam partem circiter perspirationis exire prohibet, quę nisi fiat sensibilis, facilè ad putredinem vel ad cachexiam disponit.

X.

Prohibita perspiratio facta ab improvisa frigiditate, magis nocet debilibus, quam à sensim prohibita.

XI.

Ob aerem frigidum supervenientem calori, vestibus denudatus, minus duabus libris circiter diei cursu perspirare solet,

ſentitur, tamen ægrè & non niſi longo tempore certè debilibus diſſipatur.

XII.

Ex conſtrictione vires confirmantur, idque etiam frigoris exceſſus tutius efficit; cave itaque ne ab aliquo exercitio vehementi vires reſolvantur ex lenocinio auræ frigidiuſculæ.

XIII.

In Phreneticis, aliàs maximè imbecillibus, tanta meatum conſtrictio eſt, ut vel intenſum frigus iis nudis minimè noceat; an non quidam etiam ſtupor, ex corruptela acrium quorundam humorum, glandulis viſceribuſque præter naturam impactorum, in partibus ſenſui dicatis interdum oriatur? certè hi ob ſummam iſtam & perpetuam tenſionem Nervorũ, vires ad admirationem exercere poſſunt.

XIV.

Ita & frigidæ potio propter eandem rationem.

XV.

In his meritò numerandi ſunt veſtibus præter conſuetudinẽ & anni tempus leves tenuesque; item Spiritus Vini *dictus, ſive is ſimplex, aut medicatus ſumatur; pepticorum valentiſſimorum uſus* quotidianus, *quales ſunt ſales plurium generum, è chalybe aut ferro puta; item fontes medicati ſive calidi ſive frigidi*

nulla ab ipso animadversa molestia.

XII.

Aura jucunda & frigidiuscula corporibus excalefactis magis nocet, quam aeris vel aquæ frigus in excessu: illa enim non reddit corpus levius, sed obstruit & laxat: hoc obstruit & roborat, & inde minus ponderosa corpora fiunt.

XIII.

Malæ aeris & aquæ conditiones, quando ad malignam putredinem disponunt, eorum pondus magna ex parte non animadvertitur; quasi quod ab eorum corruptela nervi fortiores fiant, perinde ac in phreneticis.

XIV.

Natatio in frigida post exercitium violentum est jucundissima, sed mortifera: motibus enim oppositis nihil perniciosius.

XV.

Quod proditorie disponit viscera ad malum, sæpe nec grave, nec injucundum videtur.

gidi sint: Fumus Tabaci ejusque pulvis medicatus, ob insignem proditoriam vim; Optium, &c.

XVI.

Ad hanc quoque rationem, sed vehementiùs effectus suos edunt Odores quique jucundissimi; scilicet tantam voluptatem debilibus viris faminisque præcipuè afferunt, ut in deliquia ex iis oblatis protinus incidant; nimirum Cordis Systole ex toto resoluta vi medicamenti.

XVII.

Quia perspiratione impedita, materia supervacua in caput fere ex decubitu transfertur; vel quòd è glandularum majoribus ad os ductibus copiosiùs possit eliminari; vel quòd id auræ isti frigidiusculæ magis expositum fuerit, ut infrà perhibet Author Aph. 21.

XVIII.

Audi C. Celsum de hac re. „ Ergo cùm „ quis mutare aliquid volet, paulatim debe- „ bit assuescere.

XIX.

Debiles quia fere frigore invigorantur; robusti autem etiam æstate satis virium habent, vel perspirabile retentum quovis ejiciendi.

XVI.

Aura jucunda & Auſtrina cum exercitio violento, ſæpe mortifera: ab aura enim adiapneuſtia, ab exercitio acrimonia.

XVII.

Qui quęrunt à cœna aurem frigidiuſculam magis quam par ſit, perſpirabile partis veſte non indutæ exire prohibetur: nocte verò vel die poſtero plurimi ſolent pati dolorem capitis gravativum.

XVIII.

Si corpora derepentè trancferantur ab aere calido in frigidum, læduntur; quia redduntur majoris ponderis, quàm par ſit; à frigido in calidum læduntur, quia fiunt minoris roboris.

XIX.

Debiles magis hyeme, robuſti æſtate, perſpirabile retentum in urinam convertunt.

XX. XXI.

Hi duo Aphorismi easdem rationes habent cum superiore, decimo sc. Septimo.

XXII. XXIII.

Aer siccior, quòd tenuior, salubrior est, quia aptior est in se recipere, & tanquam evocare, quicquid perspirare idoneum sit: imò internus aer sanguini cum chylo mistus: cùm ambientis particeps sit, ideo majorem vim exerit in materia concoquenda, ductibusque evacuandis, ob liberiorem itaque perspirationem in aere admodum rarefacto, qualis est aer æstivus, minoris ad tres libras circiter ponderis sumus, quàm hyeme.

XXIV. XXV. XXVI.

Æstate lassitudo sentitur, si quando plus forte corpus exhalaverit, quàm par est. At Spiritus quosdam ab ista exhalatione materiæ supervacuæ distinctos dissipari, fabulæ sunt; calorificæ quidem in sanguine particulæ aereæ arctiùs inter se cogi, atque adeo vehementius accendi posse, plurimumque æstate resolvi, discutique, unde virium labefactatio sequatur, verisimile est.

Igitur & supervacui & necessarii perspirabilis aliquid à tanta accensione evolet, tum propter meatuum laxitatem, cum propter con-

co-

XX.

Ventilabrum prohibet perſpirationem, reddit caput ponderoſius & calidius.

XXI.


Ventus ut cute frigidior ſemper obſtruit, & ſemper lædit, ſed magis caput, quia magis exponitur.

XXII.

Ex anni tempeſtatibus in univerſum, ſiccitates aſſiduis imbribus ſalubriores: reddunt enim corpora leviora.

XXIII.

Æſtate corpora temperata ſunt minoris ponderis, quam hyeme, tribus libris circiter.



XXIV.

Æſtate laſſitudo ſentitur; non quia corpus ſit majoris ponderis, ſed quia ſit minoris roboris.

XXV.

In aere calido corpus eſt minoris roboris, tum quia cum perſpiratione exhalat aliquid bonorum ſpirituum; tum quia calor non eſt concentratus.

XXVI.

Per totam cutim digeritur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiam aliquid interni probi humores aufert.

coctionem perſpirabilis præmaturam præcipitemque, credibile eſt.

XVII.

Æſtate calore vexamur propter copiam expanſionemque vehementem vere ſulphurearum particularum ſanguini miſtarum, cutemque adeo ſuo exitu infeſtant: recte itaque Author perhibet perſpirabile eſſe de ſua natura calidum.

At quæritur, cur quælibet corporis pars eſt aere æſtivo calidior? reſpondeo. Calor inſitus noſter tantus eſt, quantus ex traduce: Etenim in Embryone primùm accenditur; continuus autem fomes huic accedit ex aere victu permiſto; ipſi aeri particulæ quædam vere ſulphureæ præcipue ex vulcanis, id eſt, Pyritis naturaliter accenſis: hæ corporeca-lefacto receptæ, cordis perpetua compreſſione rotationeque in anguſtiſſimis vaſis, fervorem illum concipiunt, quo eædem, late & tenuiter admodum in aere diffuſæ, carent.

XXVIII.

Iſtas particulas ſulphureas, ut ut per ſummum æſtum accenſas, ſomnus vel inſenſibiliter, vel per ſudorem abunde diſſipat, ne iis magnopere infeſtemur.

XXIX.

Nihil mirum itaque, cùm frigus eo tempore ſummæ evacuationis calori ſupervenerit, ſi tanta ſit menſura perſpirabilis prohibiti, quanta libra eſt.

XXVII.

Æstate calore vexamur, non primò & per se propter aeris caliditatem; quælibet enim corporis pars est aere æstivo calidior, sed quia in aere æstivo non est tanta frigiditas, ut naturalis calor sufficienter concentretur: quo fit, ut ita diffusus minus possit perspirabile sua natura calidum insensibiliter excernere; quod retentum redditur acre, & est in causa, ut magno vexemur calore.

XXVIII.

Dum corpora in somno æstu ob somnum nocturnum vel diurnum abunde perspirant vel sudant, redduntur leviora, & nullo illa die vexantur calore.

XXIX.

Æstivo calori superveniente frigore, eodem die libra circiter excrementorum insensibilium magna ex parte diffiari prohibetur.

Si

XXX.

In mitiore æstate, veri similiori, sudores excitantur ad pondus diminuendum : nam sudores criticè adjuvant perspirationem : pondus autem æstivum tribus libris minus est hyemali. Vide suprà hujus Sectionis Aph. 23.

XXXI.

Lassitudo, quæ aucto calore oritur, desinit, cùm ad justam diminutionem ponderis perspirabilis perveniatur ; etiamsi idem caloris excessus istud urgere debuisse videatur.

XXXII.

Debitum pondus corpori non est oneri : at in debito majore eadem virtus satiscit.

XXXIII.

Id est, vel Laconico vel Balneo ; idem quoque dici potest de omni corporis evacuatione sensibili ; quæ nisi commode instituantur, & ob magnum beneficium, per se nocent.

XXXIV.

Corpora robusta hyeme noctu optimè dormiunt, magisque incalescunt ob corpora sua tunc temporis stratis benè contecta : æstate verò ob eximias suas vires perspirationem etiam inter diu vehementer exigunt : contrà eadem corpora æstate nocte ægrè stragulas ferunt, & ideo autem ex perspirabili impedita magis infestantur.

Adia-

XXX.

Si æstas fiat similis veri, ut corpora reducantur ad pondus æstati debitum, excitantur sudores.

XXXI.

In æstatis initio; si derepente vehemens æstus superveniat, fiunt lassitudines. Quæ, licet post aliquot dies æstus magis urgeat, non perseverant, quia minuitur corporis perspirabilis pondus.

XXXII.

Eadem virtus minus laborat cum minori, quam cum majori corporis pondere.

XXXIII.

Perspiratio vi aeris vel aquæ calidæ excitata nocet, nisi ejus maleficium longè majori beneficio compensetur.

XXXIV.

Æstate interdiu, hyeme noctu, corpora robusta magis perspirant.

XXXV. XXXVI.

Adiapneuſtia hyeme tantùm non impunè fit; quòd ad ſtomachum & inteſtina perſpirabile ferè convertitur; cùm æſtate eadem perſpiratio prohibita, propter corruptelam materiæ acrioris, vehementerque accenſæ, malignam febrem excitare poſſit; imò in aere fervido materia in glandulis retenta, celeriter corruptionem concipit.

XXXVII.

Duo ſunt itinera perſpirabilis; ſcilicet ea quæ ad internas partes, maximè ad ventriculum & inteſtina ducunt; atque alia quæ extrinſecus in aerem perſpirabile pellunt: illud totum concoctione & chylo perficiendo occupatur; hoc fere ad pondus inutile diſſipandum; in neutro verò prohibito malè afficiuntur interna viſcera, niſi ab aliqua cauſarum enarratarum.

XXXVIII. XXXIX.

Calor infirmat: itemque venerem vel moderatam ſequitur partium quædam reſolutio; ſcilicet à vehementi tenſione, qua exercetur: præterea amittitur verè animatus quidam humor.

XL.

Etenim hyeme perſpiratio nocte prohibita minus incommodi afferre ſolet; quod propter fri-

XXXV.

Adiapneuſtia æſtate malignam febrem; hyeme vix minimam alterationem efficere poteſt: corpora enim acriori perſpirabili æſtate referta ſunt quàm hyeme.

XXXVI.

Dormitio æſtiva detecto corpore, vel ſub dio, magna ex parte diſponit ad putredinem, prohibendo perſpirationem.

XXXVII.

Adiapneuſtia non calefacit interna viſcera, niſi perſpirabile fiat acre ob moram, vel à calore extraneo, vel à motu violento.

XXXVIII.

Dum frigus ſupervenit calori æſtivo, nimii coitus noxa vix percipitur; ſi verò aer iterum incaleſcat, detrimentum præteriti erroris non leve ſentitur.

XXXIX.

Coitus non immoderati maleficium, aere frigido concentrante calorem, æquali beneficio compenſari ſolet.

XL.

In noctibus æſtivis corpora ad febrem maxime diſponuntur ob aeris varietatem;

in

frigus retentum perſpirabile non ita facilè effervescit. Vide ſuprà Aph. 35.

XLI.

Hic calculus valde notabilis eſt, nobiſque indicat autumni inſalubritatem; item hinc diſcimus, cur pituita, pulmonumque morbis eo anni tempore magis infeſtamur; nempe ob copiam perſpirabilis retenti.

XLII.

Quia perſpirabile retentum hoſpitatur in ductibus glandularum viſcerumque excretoriis; qui ſanè non mera itinera exiſtimanda ſunt, ſed & receptacula ad continendos coquendoſque ſuos quæque humores; at hi autumno ob aeris incertitudinem, copia humorum impleri ſolent; unde acredo quædam ſive corruptela eorum contrahitur.

XLIII.

Hoc præcipue cavetur rebus nonnaturalibus rite inſtitutis; conſule Aph. infrà 46. 47. 48. 49. 50.

XLIV.

Vehementia medicamenta niſi in graviſſimis morbis non adhibenda ſunt.

XLV.

Quòd frigus corpori aptum eſt addere: vere autem aer tepidus per ſe ponderi demendo favet.

Per-

ineunte enim nocte aer est accensus: intempesta vero nocte est temperantior; in aurora frigidus: unde solitum perspirabile in correptis somnis & stragulis denudatis cohibetur, & corpora ponderosiora sunt, quod noctibus hyemalibus non evenit.

XLI.

Ab æquinoctio autumnali ad solstitium hyemale qualibet die minus libram circiter perspiramus; inde usque ad æquinoctium vernale incipimus liberius perspirare.

XLIII.

Autumnus insalubris, tum quia perspiratio à superveniente frigore prohiberi solet; tum quia quod dissiari prohibetur, acre & mordax fit.

XLIII.

Vitantur ægritudines autumnales, si corpus Autumno non fiat majoris ponderis, quam dum erat Æstate.

XLIV.

Pondus sensim auctum, sensim minuendum.

XLV.

Pondus corporis insolitum non Veræ, sed Autumno auferendum, frigidum enim

nim

XLVI. XLVII.

Perſpiratio expeditur veſtibus: ſed autumnalis ponderis diminutio optime quoque diureticis comparatur, propter aeris ſummam humiditatem eo anni tempore, & quòd renum omnium ſenſibilium ex habitu corporis, id eſt, ex venis, evacuationum longe copioſiſſima ſit.

XLVIII.

Ver enim excipit Æſtas; cujus calor pondus fere humorum ſupravacaneorum ſine ope alicujus medicamenti diminuit.

XLIX.

Scilicet ad morbos quoſque hereditarios, aut alius generis malitiæ, qualis eſt Lues Venerea, Hyeme fere per ſe remedium eſt contra morborum malignitatem: nam hyeme vel ipſa Peſtilentia regionibus noſtris Septentrionalibus citò extinguitur, ſi quando nobis adducta ſit.

L.

Veſtium præcipua habenda ratio eſt, maxime valetudinariis, & quibus ex patrio more delicate veſtiri pro perpetua conſuetudine ex ipſis cunabulis fuit.

LI.

Ex natura Organorum varii humores conficiuntur, ut chylus in ſtomacho & inteſtinis, pi-

nim ſupervenicns ponderi magis nocet.

XLVI.

Nulla Autumno vexaberis ægritudine, ſi ſuperveniens frigus inveniet te veſtibus rectè munitum, ſi uteris diureticis, & conſervaberis in eodem pondere, ut ante.

XLVII.

Bene munitus veſtibus melius perſpirat, & redditur minoris ponderis.

XLVIII.

Qui morbis *ab humorem copia* prodeuntibus Hyeme vexari ſunt ſoliti, purgandi ſunt Autumno, & non Vere, reducendique ſunt ad pondus, quo fruebantur Æſtatis initio.

XLIX.

Dum verò morbi prodeunt à *mala qualitate*, corpora Vere & non Autumno purganda; magis enim Æſtate, quam Hyeme intenditur qualitatis malitia.

L.

Qui in fine Veris præmaturè ſe veſtibus ſpoliant, & Autumno tardè induunt; in febres Æſtate, in deſtillationes Hyeme facile incidunt.

LI.

Perſiparabile retentum ut acre, febres, & eryſipelata: ut copioſum, apoſtemata, de-

pituita in glandulis oris, fel in Hepate, sudor in glandulis cutaneis, Urina in Renibus &c. neque adeo unum est perspirabile per omnes eos ductus effusum. At pro copia & acredine perspirabilis, humorumque retentorum varii morbi oriuntur.

LII.

Æstate pondus corporis minus ad tres circiter libras, suprà dixit; at istum excessum ponderis hyemalis, virtute frigoris, tam facile quidem ferimus, ac si nulla esset in nobis alteratio; non utique molestus est. Verum istam caloris concentrationem non intelligo: ex frigore certe musculi contractiores sunt, atque ideo invigorantur.

LIII.

Frigus subitò occupat perspirabile, viresque dat isti oneri novo ferendo: ineunte verò æstate talor vires minuit; ut nec nobis facile sit, aut ejicere supervacaneum pondus, aut id tolerare, donec ad justum æquilibrium ventum sit; nimirum inter vires nostras, dusque nobis ferendum.

LIV.

Istud pondus æquale non ita intelligendum est, ac si toto anno ad idem pondus pendere debeamus; nam æstate tribus circiter libris ponderis hyemalis caremus: item Autumno multo graviores sumus, quàm Vere: imò & singulis mensibus circiter libram ultra solitum pondus naturaliter ejicere solemus. Vide

sis-

deſtillationes, vel cachexiam facit.

LII.

Externum frigus concentrando calorem reddit naturam tantò robuſtiorem, quantò ultra ſolitum pondus ferre quoque poſſit duas libras circiter retenti perſpirabilis.

LII.

Corpora Hyemis initio facile ad ſolitum pondus, Æſtatis initio magno labore ad æſtivum pondus reducuntur.

LIV.

Sanitas perſeveraret uſque ad extremam ſenectam inculpata, ſi corpora quatuor anni temporibus *æquali pondere* ſemper conſervarentur.

ſuprà Sectionis primæ Aph. 65.

L V.

Nempe præter ſolitum ac debitum pondus in latitudine ſalubri.

L V I.

Hic Aphoriſmus tantis evacuantibus medicamentis animi cauſa ſumptis, ac crebris venæſectionibus temerè celebratis haud naquam avet.

L V I I.

Meatus, quos calor aperit, frigus contrahit.

L V I I I.

Ex ſupervacaneis humoribus corruptis multo plures morbi, certè funeſtiores oriuntur, quàm ex viſceribus inanitis.

L I X.

Quælibet enim corporis pars æſtivo aere calidior eſt; ideo præter conſuetudinem nudata meatuum orificia conſtringi neceſſè eſt

L X.

Diſcimus quomodo ſe gerere debeant valetudinarii, ſc. cælo valdè humido, frigido, ventoſo, ad exemplum mulierum.

LV.

Corpora, quorum pondera anni cursu multum augentur & diminuuntur, valdè periclitantur.

LVI.

Quantò major anni spatio est ponderis varietas, augmentatio sanguinis vel diminutio, tantò est deterior illius corporis conditio.

LVII.

Ponderis augmentatio fit in principio Autumni, diminutio in principio Æstatis.

LVIII.

Corpora, quorum pondus augetur, magis periclitantur, quam quorum pondus minuitur.

Ab Auctore.

LIX.

Corporis partes tectæ salubriter perspirant; Si verò à somno detectæ inveniantur, etiam ab aere calidissimo eorum pori condensantur.

LX.

Aer plus justo frigidus, humidus, aut ventosus moratur perspiratum: unde qui domi continentur, ut fœminæ, nec tussi, nec catharro, nec inflammatione pulmonis laborant.

LXI.

Iste Aphorismus nusquam verior, quàm in nostris urbibus, oppidisque; ubi magna quantitas istius sulphurei carbonis terrestris incenditur; scilicet Londini, Bristoliæ, &c.

DE CIBO ET POTU.

SECTIO TERTIA.

I. II.

IGitur perspiratio, etiam in jejunis ad medias circiter ascendit; unde cibandi necessitas calidis animalibus manifesta est. At in insectis frigidisque animalibus aliter se res habet; nam in his cordis motus pro arbitrio tardatur, & tantum non cessat; ita & perspiratio, quæ primariò à cordis motu dependet, fere desinit, neque adeo, iis per id tempus, brumam intellige, cibo amplius opus est.

LXI.

Aer in urbe pejor aere ruris; quia craſſior, & non perflatus appetitum tollit.

DE CIBO ET POTU.

SECTIO TERTIA.

APHORISMUS. I.

STomachus cibo refertus ſi inter dormiendum abſolvat primam concoctionem, illius noctis perſpiratio magna ex parte aſcendit ad quadraginta uncias: ſi non abſolvat, ad octodecim circiter.

II.

Stomachus omnino vacuus, & jejunus, licet dormiat, non perſpirat ultra 18. uncias circiter.

III.

Si amplius verò aliquis quærat, quantum ægrotus, ex febre putâ, aut vulnere perspiret? responsum non adeo in promptu est; illud certissimum, si, ex. c. Gallina plenius cibata graviter vulneretur, ad plures dies, donec dolor & vulnus ad sanitatem rectè procedat, ex resecta ingluvie nihil omnino descenderit in ventriculum carnosum: itaque cùm ægroti ferè non concoquant, infra mensuram, ut arbitror, jejunorum perspirare existimandi sunt; nisi ex vehementi aliqua luctâ, criticeque id fiat.

IV.

Qui cibi valentissimi sunt, scilicet in quibus plurimum alimenti est, ii ægrè in ventriculo concoquuntur; ita ad eos digerendos, discutiendosque in secundâ atque ultima concoctione integro die nocteque opus est; alias inter non coquentes & vacuos existimandi sunt.

Caro igitur vervecina, etiamsi plurimi nutrimenti sit, tamen ob celerem concoctionem per omnes officinas inter mediam materiam ponenda est nec immeritò, cùm fere castrentur id genus animalia, aut tenerrimæ ætatis mactentur.

V.

Id est, infirmioris materiæ, bene concoctæ, qualia sunt Ostrea, Pomaque.

III.

Tantum perſpirat corpus plenum non concoquens, quantum ferè jejunus non habens quod concoquat.

IV.

Cibi multum nutrientes, excepta carne vervecina, à cœna ad prandium non ſolent perſpirare ultrà octodecim uncias.

V.

Cibi copioſi, ſed tenuis nutrimenti noctis ſpatio in plurimis ultrà quadraginta uncias perſpirare poſſunt.

VI.

Ex valentissimis nimiæ.

VII.

Optime C. Celsus. „ *Cibus inusitatus in-*
„ *utilis est, id est, quod difficile concoqua-*
tur, ut pleraque inusitata, ægre perspira-
bile est.

VIII.

Ob egregiam placiditatem suam pro cæte-
ris animalibus id genus pecoris primò nutri-
tum est: at hoc Encomium de summa illius
carnis salubritate eximium est; cujus sane
tanta copia in Anglia, & nusquam melior
est; tamen neque omni anni tempore, ne-
que omni loco, aut pastionis genere vervex
saginatus, æque concoctilis, aut perspira-
bilis est.

IX.

Hujus generis esculenta, quæ ex frumen-
tis panificia fiant, innumera sunt: at hæc
omnia virtute fermenti (id est, cujusdam
vehementer aerati corporis) & facile conco-
quuntur, & perspirabilia sunt.

X.

Cur quotidie semel dejiciamus, nulla est
necessitas (exemplum vide à me exhibitum
suprà ad 60. Aph. Sectionis primæ) nisi ex
nimio victu, aut summa acredine assumpto-
rum: Alimentum tamen hodiernum id requi-
rere videtur, cùm per se, tum ex conditu-

ra-

VI.

Alimenta, quæ corpora conſervant gravia, ſunt copioſa, vel cruda rebellia.

VII.

Quæ conſervant levia, ſunt conſueta, & vaporoſa.

VIII.

Caro vervecina facilè coquitur, & eſt vaporoſa: perſpirat enim noctis ſpatio trientem libræ magis, quam cætera, ſolitaque edulia.

IX.

Quæ ex paſta fermentata fiunt eſculenta, non efficiunt corpora ponderoſa: longè enim facilius perſpirant, quàm rapæ.

X.

Vir ſanus occultè diei curſu tantum exhalat, quantum per alvum dimidio menſis, licet quotidiè coctas tamen, & conſiſtentes fæces ſemel excernat.

varum generibus; ideo intestina usque stimulantur ad vexationem totius hominis, donec excrementum alvinem ejiciatur.

Idem quoque observare licet, de quibusdam medicamentis immodice exhibitis; qualia sunt Mercurius dulcis, antimonium, Chalybs ejusque vitriolum, aquæ pleræque medicatæ; etenim hæc & similia propter pondus suum metallicum in intestinis, venis, vasisque excretoriis diu retineri apta sunt; atque tandem propter istam moram, cùm ex suâ naturâ vehementer septica sint, gravissima ac subita tormina, atque ulcera maligna, ad anum putà, aliasve corporis partes, item funestas febres excitare solent.

X I.

Plenus; de excessu loquitur, quem vel vomitus, vel dejectio sequitur; in vacuum verò stomachum perspirationem liberius ferri, quàm in plenum ob nimiam distentionem; at perspirabile sic intus latum, haud multum pondus minuit, donec vel sursum vel deorsum explosum sit. Vacuus autem perspirationem minuit ob penuriam novi chyli, glandulis subministrandi, ad perspirabile subinde conficiendum. Perspirabile autem dici potest trahi à vacuo stomacho, si illum acrimoniâ interni vaporis vehementer irritet.

X II. X III.

Flatibus impletur, id est, perspirabili internos; scilicet effuso à ductibus majoribus he-

pa-

XI.

Stomachus plenus & vacuus minuunt perſpirationem: plenus eam divertit per ciborum corruptelam; vacuus eam trahit, ut impleatur.

XII.

Plenus, quando non abſolvit concoctionem, ex pondere cognoſcitur; corpus enim

tatis, pancreatis, cæterisque minutioribus innumeris glandulis stomachi & intestinorum, imò flatus in sanis, ex maxima certe parte, nihil aliud sunt, quàm verum & coctum perspirabile; nempe ipsissimum atque illud quod extra fertur, per pulmonem & cutaneos ductus; nisi à bilario ductu paulo fervidius, acriusque sit, concoctionis atque excretionis causa. Illud certe verissimum est, non minorem copiam perspirabilis pro numero & modo meatuum intus dissipari, quàm extra.

XIV.

Robusto voraci evacuatio fit maximè secundum naturam: minus robusto per patentissimum iter, quod sit citra habitum corporis, nempe per Urinam: debili verò alimentum supervacaneum ejicitur corrũptum, id est, minus concoctum crudumque, scilicet ferè antequam in habitum corporis receptum sit.

XV.

Ubicunque perspirabile retineatur, acrimoniam & salsedinem quandam, febris incentivam, acquirit. Accessio autem febrilis, etiamsi vacuo stomacho superveniat, istud tamen perspirabile retentum haud tollit sine magna luctâ & criticè.

XVI.

Pondus solito minus à jejunio perniciosum: quòd vasa minima labefactat, metusque tandem est; ne ex iis sint non pauca, quæ ex

ina-

tunc minus perſpirat: vacuus verò flatibus impleatur.

XIII.

Flatus nil aliud eſt, quam rude quoddam perſpirabile.

XIV.

Robuſtus ciborum plenitudinem abſumit per inſenſibilem perſpirationem: minus robuſtus per urinam: debilis magna ex parte per chyli corruptelam.

XV.

Dum omittitur cœna, vacuo exiſtente ventriculo nulloque urgente paroxyſmo, retinetur perſpirabile, & retentum fit acre: inde corpus ad calidas ægritudines præparatur.

XVI.

Jejunium quod reducit corpora ad minus pondus, ſed corporibus inſolitum, malum.

inanitione pereant ; ita præmatura ſenectus accelleratur.

XVII.

Rationem mortis ex fame male intelligere videtur, ob ignoratum ſanguinis circuitum: certe multo maxima ſanguinis pars longa inedia perſpiratione diſſipatur: atque ita tandem ex ejus defectu viſcera paulatim tabeſcunt ; ipſumque adeo cor ſuo motu privatur.

XVIII.

Quemadmodum concoctio omnibus vitiis occurrit, ita cruditas vel ex minima re corpus lædere potis eſt ; quòd ſit ſupprimendæ perſpirationem, quæ omnium evacuationum longe præcipua eſt. Siquidem unus chylus probe conficiatur, iteratio ejus ſive venarum opus leve eſt, tertiaturque in glandulis nullo negotio.

Ad eundem modum ad ſanitatem maxime facit vel tantillum alicujus medicamenti ſeptici, concoctionem ventriculi mirifice adjuvando.

XIX.

Hi ſucci ſunt ex alimento chylus, ex chylo ſanguis, ex ſanguine quilibet humores, at cùm iſta triplex concoctio unius ſucci ſit, ad eundem modum omnes tres confici veriſimile eſt ; nempe partium Organicarum quadam virtute ſeptica, cognata.

XX.

Adde & mens erectior eſt. Verum hic, ut

opi-

XVII.

Cur ſint qui fame pereant, ſi in vivo ſanguis nunquam deficiat? quia verſus ventris vacuum ſanguis tendens relinquit cor.

XVIII.

Non ſolum incoctus cibus, ut quantus, reddit corpus ponderoſius, ſed etiam ut qualis, quatenus ſcilicet perſpirationem impedit.

XIX.

Dum levior ſemetipſo quis videatur factus, & non ſit, valde bonum: id enim oritur à ſuccis trium coctionum exactè coctis.

XX.

Dum tota die perſentitur levitas, & cor-

po-

opinor, perſpirata materia male appellatur recrementa; niſi reſpectu humorum quorundam convaſatorum; nam illa chylo certe longe ſubtilior eſt, quòd inviſibilis avolat; item, quòd à triplici concoctione parata, purgatiſſima eſt; imò duorum priorum ſcilicet chyli & ſanguinis characteres, quales quales ſint, induat, neceſſe eſt, antequam ei ad diſſipationem ventum ſit.

XXI.

Alimentum valentiſſimum incoctum vehementiora mala parit, quòd præter naturam ægre crudum ejiciatur aut vomitu, aut dejectione, aut tarde admodum & non ſine ſummа moleſtia inviſibiliter diſcutiendum eſt.

XXII.

A Diarrhæa corpus fit leve, quòd ſuo maxime penu fraudantur aliæ quoque coctiones & ſanguinis viſcerumque; item quòd ex ſtimulatis ductibus internis humores quoque neceſſarii ſimul diſſipantur.

XXIII. XXIV.

Fungi cujuslibet generis ex ſoporiferis ſunt; iſte autem ſomnus ſtuporem quendam & conſtrictionem corpori inducit: ita nec ii perſpirant, nec alia edulia perſperare ſinunt. Quid igitur Opium non faciat, maximè in Febribus datum, ubi perſpiratio vehementer molienda eſt?

Ita benè defendit Moiſes ſuis Iſraelitis carnem ſuillam. At noſtratibus ruſticis ex

ali-

porisagilitas, præceſſit chyli, & ſanguinis coctio, & penitus exhalarunt tertiæ coctionis recrementa.

XXI.

Cibus incoctus, quò plenioris eſt nutrimenti, eò eſt deterior, vel quia efficit majus pondus, vel deteriorem corruptelam.

XXII.

Corpus maximè leve fit ex ciborum corruptela: *liquida tamen excrementa omnia* magni ponderis.

XXIII.

Uſus carnis ſvillæ, & boletorum malus, tum quia non permittunt cætera edulia ſimul ingeſta perſpirare.

XXIV.

Ex uſu carnis ſvillæ, & boletorum, triente minùs ſolito, corpus magna ex parte perſpirat.

Me-

alimentis fere quotidianis est; & quamvis ex valentissimis, modo diutius, more nostro, sale condiatur, non insalubre est; quòd sic facilius concoquitur, adeoque satis commode perspirat.

XXV. XXVI.

Magno sane argumento de insalubritate melonum, quòd de perspiratione libram & amplius demant: imò hi etiamsi frigidi censentur, tamen sudores, Urinamque movent; id est, libera perspiratione prohibita in alias vias natura invertitur: quæ tanquam imperfectæ cujusdam perspirationis itinera sunt.

XXVII.

Plerique fructus immaturi vel alimentorum colliquationem præcipitant in diarrhæam, vel intra habitum corporis, id est, intra circulum sanguinis admissi Urinam, sudoremve vehementer movent.

XXVIII.

De omni repletione vel infirmissimi alimenti idem dici potest: nam pondus insuetum non sustinet stomachus.

XXIX.

Viscera pleraque quasi pensilia sunt; ita commodè exercitio concutiuntur, & ad pleniorem perspirationem glandulæ vicissim compressæ relaxatæque excitantur.

XXX.

Diarrhæa humano maximè generi infesta est;

XXV.

Melones adeò pauxillum perſpirant, ut quadrantem circiter auferant perſpirationis conſuetæ.

XXVI.

Retenta illorum perſpiratio in urinam, vel ſudorem faceſſere ſolet.

XXVII.

Vvæ, & ficus recentes pauxillum perſpirant, & aliquantulum aliorum ciborum perſpirationem impediunt, fortaſſe quia ſenſibiliter evacuantur.

XXVIII.

Illud genus edulii optimè perſpirat, & commodè nutrit, cujus pondus in ventre non ſentitur.

XXIX.

Ciborum plenitudo magis nocet inotioſo, quam exercitato: viſcera enim illis gravantur quiete, exercitio verò liberantur pondere.

XXX.

Ab eo cibo corpus optimè perſpirat, cu-

jus

est; nam naturaliter excrementa, quæ sani sint, mollia & figurata esse debent.

XXXI.

Diarrhæa omne ferè nutrimentum tollit; quod alimentum non in chylum, sed in fæces quasdam liquidas colliquatur.

XXXII.

Jejunium tantum salubre est, cùm quid de perspiratione quotidiana hæreat. Igitur magna arrogantia est, inconsulto Medico, præcipere, quid edendum, quantum, & quoties jejunandum sit; ac si commune aliquod præceptum singulis hominibus aptari possit.

XXXIII.

Quosdam novimus vehementer emaciatos ex jejunio, alios ex morbo, sputatione putà, tamen vires pristinas recuperarunt; ut quid sit robur irreparabile amittere, minus intelligo, an diuturnus sit plurium annorum cibandi modus infra debitum naturæ pondus?

XXXIV.

Ex modico cibo vigor & longa vita.

XXXV.

Igitur sequitur roboris absumptio ex largis cœnis, id est, ex plurimo victu; quo verò tempore diei is sumptus fuerit, parum interest. Id quod evenit ex nunquam intermissa

con-

jus fæces exeunt consistentes.

XXXI.

Minus quam lactuca nutriet caro pulli, si de carne ea copia edatur, ut in liquidarum fœcum corruptelam exeat.

XXXII.

Exponderatione noveris, quando jejunium sit salubre, vel insalubre: erit salubre, si aliquid relinquebatur de hesterno edulio perspirandum; sin minus, insalubre.

XXXIII.

Dum per diætam corpus reducitur ad pondus minus suo salubri minori, quod amittit de robore est irreparabile: quod verò detur minus, & majus salubre pondus, ex 64. primi, & ex 40. hujus intelliges.

XXXIV.

Si sciveris quotidie, quantum cibi tibi conveniat, scies diutissimè virtutem, & vitam conservare, idque ex eodem aphorismo intelliges.

XXXV.

Naturæ robur non parum absumitur, dum cœna modò est quatuor, modò sex librarum.

concoctione; tanto onere vires labefactantur.

XXXVI.

Eadem regula habetur apud nobilissimum Cornarum *Venetum: qua ab eo observata, ex valde infirma valetudine sanam vitam protraxit, ad centum, ut fertur, annos.*

XXXVII.

Propter grave pondus alimenti, cui ferendo ad usque perfectam concoctionem stomachus impar est. Consuetudo autem hodierna apud Londinenses semel tantum & pleniùs edendi, res suas civiles magis respicit, quàm valetudinis commodum. Nam olim apud nos bis die, statisque horis, undecima scilicet & sexta vespertina prandium & cœna instituta est.

Romanorum autem cœna alia res erat. Nam ad tertiam & quartam pomeridianam lectis suis decubuere; atque admodum lentè comedebant, nec temerè surgebant à mensa, nisi ad multam noctem: sed iisdem lectulis decumbentes in Conclavia à suis servitiis & cœnationibus ablati fuerunt.

XXXVIII.

Hesternum alimentum hodie ex toto consumptum oportuit; unde constat, naturam Diarium tantùm, non ad plures dies Opsonium, nobis instituisse.

Ad

XXXVI.

Illa cibi quantitas est saluberrima, dum à cibo corpus suis negotiis eadem agilitate vacat, ac si esset jejunum.

XXXVII.

Magis quoque gravatur ab octo libris cibi semel in die comestis, quàm à decem, tribus vicibus, unica die assumptis.

XXXVIII.

Illa cibi quantitas est unicuique saluberrima, quæ sine molestia potest à virtute concoctrice vinci; vincitur, si quantum ingeratur, tantum absumatur: hæc enim ex ponderatione dignoscentur.

Illa

XXXIX.

Ad eandem mentem C. Celsus. „*Bis die*
„*totius quam semel cibum capere; & sem-*
„*per quam plurimum, dummodo hunc con-*
„*coquat.*

XL.

Strenuo sane argumento contra jejunium: unius tantùm libræ defectus ex centum, quam quis concoquere posset, vitam est abbreviare: nempe quòd vasa minima ex eo defectu paulatim & maturius pereunt. Hinc quoque discimus, cur octogenarii fere edaces sunt.

XLI.

Hic Aphorismus discrepare videtur ab 64. primæ Sectionis; ita hæc regula unius cujusque temperamento commodius aptatur ex usu.

XLII.

Ista regula Celsi vitam supponit negotiis implicitam: quibus autem victus sine labore abunde suppetit, seque ab omnibus negotiis feriatos norunt, utilissimum sane est, certum vitæ genus habere, & nunquam plus justo assumere.

XXXIX.

Illa cibi copia est ingerenda, quam natura potest coquere, digerere, & perspirare.

XL.

Si natura posset digerere centum libras edulii, & exporrigerentur nonaginta novem, animal propterea cursu temporis destrueretur.

XLI.

Tunc cibi boni succi diutissimam sanitatem tibi promittent, quando perspirationis quantitas medium obtinebit locum inter excessum, & defectum; excessus post plenam cœnam ciborum maximè perspirabilium noctis spatio magna ex parte solet esse quadraginta unciarum circiter; defectus quatuordecim: Ille igitur cibi usus, qui te ad viginti duas uncias quæ est medietas, transferet, certissimam sanitatem, & longævitatem pollicebitur.

XLII.

Celsi sententia non est omnibus tuta, usus scilicet sex rerum non naturalium modò parcos, modò nimios esse debere.

XLIII.

Ita erat mos laudabilis majorum nostrorum bis quotidie cibum capere, statis temporibus: hujus rei nunc testes sunt Collegia utriusque Universitatis Oxonii & Cantabrigiæ; item hospitia Legum Municipalium Londini: hodierna verò Luxuria vitiosarum consuetudinum causa est.

XLIV.

Hic Aphorismus primis editionibus aliter exhibitus est: & istud præter consuetudinem omissum est. Igitur, sive intellectum oportuit, prout nunc exponitur, dicendum est, vel parum, vel multum comedere præter victum quotidianum perniciosum esse; sive de alimenti sumptione semel tantum in die, ut primùm denunciatum est, si parum tantum aut multum fuerit, ad perniciem tendit. Etenim opus concoctionum multo celerius est, & labefactatur languetque natura, si diu ex toto otiosa sit.

XLV.

Quòd alimenta valentiora lentè concoquuntur & lentè admodum perspirant; ideo diutius multo ab iis oneratur corpus, quàm ab infirmioribus; etiamsi horum ad tertiam partem plus assumantur.

XLVI.

Cibi pauci nutrimenti, siquidem in stomacho in chylum colliquefacti fuerint, postea per

san-

XLIII.

Corpora minori moleſtia reducuntur ad conſuetum pondus, ſi aſſumant quatuor ciborum libras in prandio, & quatuor in cœna diſtanti, ut par ſit, quam ſex in prandio, & duas in cœna.

XLIV.

Seipſum ſenſim deſtruit qui ſemel in die *præter conſuetudinem* comedit; comedat parum, vel multum.

XLV.

Corpus magis ponderoſum reddetur quatuor unciis cibi multi nutrimenti, qualis eſt caro porcina, anguillæ, & pinguia omnia, quam ſex unciis cibi pauci nutrimenti, ut ſunt piſciculi, pulli, aviculæ, & alia id genus.

XLVI.

Cibus pauci nutrimenti ſi difficulter coquatur, id accidet ſolum in prima coctio-

ſanguinem glandulaſque facillime transferuntur ob partium eos conſtituentium levitatem, aerationemque.

XLVII.

Alia quoque potiorque, ut arbitror, ratio eſt; quod magis ex natura noſtra ſit: attende figuram dentium noſtrorum, fructus, & nuces & fere omnigena poma edere, quàm carnem & ſimilia valentiſſima alimenta: at hæc homines invenerunt, ad compendium quoddam vitæ inſtituendum, ut magis ex otio rerum contemplationi, aliiſque ſuis negotiis vacarent.

XLVIII.

Contrà verò valentiſſima alimenta alvum comprimunt, niſi forte corrumpantur in quandam diarrhæam ex difficili concoctione.

XLIX.

Quia ventriculus eſt perſpirationis promptuarium.

L.

Cibus qui primò & facilè in chylum concoquitur, prior in inteſtina exiturus eſt, iſque melior ſuccus exiſtimandus eſt.

LI.

Alimenta varia, ex piſcibus putà, carneve, Inſectis aut fructibus, ſimul comeſta, eò difficilius cõcoquuntur, quò magis nobis inuſitata ſint; & quòd infirmiora valentioribus miſcentur, concoctionem ex cujuſque rei natura vel præcipitant, vel retardant.

Ven-

ne; multi nutrimenti, in omnibus.

XLVII.

Cibus exigui nutrimenti humectat, & lenit alvum, cito digeritur, & perspirationem dormientium & vigilantium facile juvat.

XLVIII.

Cibus multi nutrimenti stringit alvum, nisi corrumpatur; difficilè coquitur, & parum perspirat.

XLIX.

Ubi est difficultas coctionis, ibi tarditas perspirationis.

L.

Cibus non ut fluidus debet præmitti, sed ut meliores succi: pylorus enim non est in imo, ut in canibus.

LI.

Tria mala eveniunt ob ciborum varietatem; nimium comeditur; minùs coquitur, & minus perspiratur.

LII.

Ventriculus alimenti plenus ſtimulatur; unde perſpirationem tum magis verſus illum intrò ferri, credibile eſt.

LIII.

Vires minuuntur ex defectu nutrimenti, vomitu ejecti: quodque intus perſpirat, non ex toto protinus avolat, perinde ut à cutaneis ductibus, pulmoneve; ideo laſſitudo & pondus & gravitas ſentitur. Verùm propter moram iſte halitus internus etiam fit acrior fervidiorque.

LIV.

Quia is minus concoquit; & ferè ex crapula corrumpitur alimentum, id eſt, in alvum deſcendit chylus ſemicoctus.

LV.

Igitur rectè modicus & tenuior victus adoleſcentibus præbetur collegiis noſtris; idque ad temperantiam docendam inſtituitur. Ventriculus autem ruſtici alicujus, ſub hac diſciplina non nutriti, non ſolum ex labore aſſiduo cibi appetentior eſt, ſed etiam longe ejus quam plurimi ſumendi capaciſſimus eſt.

LVI.

Infirmioris alimenti facilis concoctio & Ventriculus cito fit vacuus; ut, ex paululum protractis cibi temporibus, in anguſtius ſpatium ſe contrahi paulatim aſſueſcat.

LVII.

Idque tandem ſine ulla ſtatera adhibita;

nem-

LII.

Tempus minoris perſpirationis eſt, quando Stomachus eſt plenus, & præcipue varietate eduliorum.

LIII.

Qui evomunt cœnam, ſtatim tollunt ſtomachi moleſtiam, ſed ſequenti aurora ſentiunt corpus ponderoſius: Vomitus enim divertit perſpirationem trahendo ad intrà perſpirabile. Quod ut acre laſſitudinem & calorem, ut copioſum gravitatem facit.

LIV.

Qui comedit magis quam oportet, alitur minus quam oportet.

LV.

Qui in juventute ſunt victus immoderati, ventriculum plus juſto dilatant, quo fit, ut in poſterum victu moderato magna cum difficultate uti poſſint.

LVI.

Qui ad ſtatum, & moderatum victum facilè reduci cupit, utatur eduliis pauci nutrimenti, ſic ventriculus citò ſe illo exonerans minori ſe accommodabit capacitati.

LVII.

Quantum edendum noveris, ſi *pluribus*

nempe ex usu quotidiano victum capiendi.

LVIII.

Id est, crapula per corruptelam ciborum, aut effusissima atque immatura perspiratione. Verùm omne perspirabile simul & confertim prorumpere, valde nocivum. Etenim opus est & modo & spatio quodam ad coctionem etiam in perspiratione, perinde ut in aliis sensibilibus evacuationibus.

LIX.

Quod frustra sumptum est alimentum; nam parum ejus in venas ingreditur, cùm in intestina serè semiconcoctus chylus descenderit.

LX. LXI.

Quæ sint edulia perspirationi aptissima, vide Aphorismis infra positis 81. 82. *& quæ sint non perspirantia scire oportet, ut ea vitaremus.*

LXII.

Cùm nihil profecerint alimenta, etiamsi concocta, & perspirata fuerint ad ejus vires sustinendas.

Forte

diebus obſervaveris corpus à ſomno ſine moleſtia ad idem pondus reduci.

LVIII.

Si poſt pleniorem cœnam corpus minoris ponderis die ſequenti reddatur, id eveniet vel ob corruptelam, vel quia irritatur natura ad expellendum utile, quod eſt admodum nocivum: corpus enim præparatur ad morbos, dum utilia evacuantur, & cruda detinentur.

LIX.

Si cœna fuerit octo librarum, & *edulia* in ventriculo corrumpantur; corpus die ſequenti erit minoris ponderis, quam ſi cœna fuiſſet trium librarum, & cibus non fuiſſet corruptus.

XX.

Edulia aptiſſima perſpirationi non corrumpuntur, imò poſt nocturnas vigilias hominem conſervant ſine laſſitudine & gravitate.

LXI.

Edulia non perſpirantia, obſtructiones, corruptelas, laſſitudines, mœſtitias, & pondus efficere ſolent.

LXII.

Illa eſt viventis peſſima conditio, dum facta ciborum concoctione, corpus perſentitur oneroſius ſolito, cum tamen ſit minoris ponderis.

LXIII.

Forte quòd iſte exceſſus, certe in potus meæ acrioris nimietate, ut evacuationes ſenſibiles, per Urinam putà, longè pleniores conſuetis excitat, ita & per ſudorem perſpirationem quoque ſenſibilem ad eandem ferè rationem expellit.

LXIV.

At quamvis liquida ſolidis ponderoſiora, tamen infirmioris alimenti æſtimanda ſunt.

LXV.

Oculi à nimio Vino madidi indicant humores à glandulis non adhuc concoctos fuiſſe ad inſenſibilem exhalationem, aut acrimoniam quandam concepiſſe ex iſta cruditate, & crapula.

LXVI.

Si cui imbecillo id acciderit, humor crudus ejicitur quacùmque is feratur via; ſi robuſto, concoctior.

LXVII.

Mirificum ſanè eſt ſenſibilis evacuationis augmentum ex aquis medicatis. *Nam* Tunbrigenſes *putà* Ferrugineæ *ad libras ſeptem & amplius à jejunio quopiam potatæ, eodem pondere intra tres circiter horas per Urinæ itinera reddi ſolent. Igitur de iſtiuſmodi aquis per dies plures immodicè potandis, ut*

moris

LXIII.

Si quis cibi, vel potus nimietate utatur, & sequantur evacuationes sensibiles longè pleniores consuetis, corpus die sequenti fit solito levius.

LXIV.

Edulia liquida, data molis paritate, sunt ponderosiora solidis: liquida petunt fundum: solida supernatant: cyathus vini, seu jusculi est majoris ponderis, quam integer panis.

LXV.

Si nimius potus à somno efficiat oculos lacrymosos, signum est corpus non perspirasse ut par erat.

LXVI.

Si post multam potationem sudes, vel multum mejas; aut magnum robur, aut magna infirmitas indicantur.

LXVII.

A quæ potatio insensibilem perspirationem impedit, auget tamen sensibilem.

moris est, quatenus iste Aphorismus verus sit, ii videant, qui has ægrotis suis propinant. Profecto si insensibilis perspiratio tantùm ab iis minuatur, quantum sensibiles evacuationes per Urinam dejectionemve vehementer augeantur, corpori graviter damnosæ futuræ sunt, certe valetudinario. At insensibili perspirationi, utpote omnium evationum longè primariæ, summopere cavendum est.

LXVIII.

Rectè quidem in diæta errorem notat non ferendum. Cornarus *Venetus, illustre temperantiæ exemplum, ad duodecim uncias cibi, vix unquam trientem supra libram potavit; imò sunt, qui omnino nihil bibunt ad plures dies, neque tamen sitiunt: quod satis testantur Historia medica & itinera marina: idque propter victum parcè admodum sumptum, perspirationemque æquabilem in aere sereno.*

LXIX.

O admirandum sane motus cordis effectum, circulationi sanguinis par inventum! adeoque nunquam satis laudandum tantæ veritatis auctorem.

LXX.

Iis solis, quibus victus plenissimus esse consuevit, jejunium non nocet.

Quia

LXVIII.

Potatio hiſce ſæculis in temperatis quoque eſt improportionata: cibus enim iſtorum ſolet eſſe 12. unciarum circiter, potus quadraginta, & ultrà.

LXIX.

In homine utente moderato victu, perſpiratio nocturna aliquando aſcendit ad tres libras: in utente pleniſſimo, ſtomacho præexiſtente vacuo & robuſto, poteſt aſcendere ad quinque libras.

LXX.

Jejunium corpus ſuo majori pondere inſignitum juvat, mediocri nocet, minori longè magis.

LXXI.

Quia omnes glandulæ jam valde implentur, concoctionique perspirabilis supervacanei vehementer incumbunt: idque multo expeditius pleniusque faciunt, ob summam illam humorum acrimoniam, in omnibus concoctionum officinis residuorum, conceptam ex longo jejunio.

LXXII.

Quòd perspiratio integrum cordis vigorem desiderat; utpotequæ in ultimis limitibus corporis peragenda sit.

LXXIII.

Perspiratio autem, illa vulgo ignota res, impedita sæpe in causa est præmaturæ mortis. Etenim cùm illa omnium evacuationum longe præstantissima sit, ejus prohibitio, si quando immoderata fuerit, maxime in sobriis, aut victu temperatis, valde exitialis esse solet.

LXXIV.

Docemur, quàm difficile sit belluonibus sibi temperare, & sobrie vitam agere. Nam quoties id conantur vel inedia, vel medicamentis purgantibus, infirmitates suas sentiunt, & occultos nescio quos morbos subesse meritò suspicantur; quibus avertendis dennò ad intemperantiam redeunt; scilicet, quòd ex vino victuque nimio stupet animus, sensusque hebetiores fiunt, tanquam si quod Opium sumptum esset.

Cen-

LXXI.

Post longum jejunium si corpus liberalius nutriatur, perspiratio redditur plenior solito libram circiter.

LXXII.

Post immoderatum exercitium corporis vel animi statim vesci, malum: corpus enim defessum ægrè perspirat.

LXXIII.

Si sobrii, & in victu temperati præmaturè moriantur, amici mirantur novitatem, quia de perspiratione insensibili nil sciunt.

LXXIV.

Cibus & potus nimius non solum retenti perspirabilis acrimoniam, sed etiam partium, præcipuè non principum, pravos affectus diu occultant; qui dum corpora purgantur, vel inedia tractantur, derepente erumpunt, & in gravissimos affectus facessunt.

LXXV.

Censorium opus non est instituti nostri: tamen merito nostri homines summæ negligentiæ culpandi sunt, qui tantum experimentum parvi, ut video, fecerunt, atque ex suis Fabulis sapere maluerunt.

LXXVI.

Hujus computationis ratio est, quòd non ante sextam horam à cibo multum chyli in venas transit; ita à pleniore ejus receptione duplo plus per glandulæs effunditur, quàm aut prius, aut posteà: nam exhaustis fere glandulis, lente admodum, quod reliquum est, perspirat.

LXXVII.

At id ex consuetudine & cibi temporibus satis commode sciri potest: necessaria tamen est Trutina ad disciplinam doctrinamque.

LXXVIII.

A corruptela, id est, à diarrhæa aut vomitu, vide infrà Aph. 93. hujus Sectionis.

Quicquid ventriculum roborat, perspirationem etiam promovet; in his verò sunt vinum, cæteriquè spiritus vini medicati: satius est tamen iis non indigere.

LXXIX.

Ex nimia venere sequitur virium, ponderisque adeo salubris diminutio, ob immatu-

ram

LXXV.

Medicus qui præest rationi victus Principum, si nesciat quantum & quando quotidiè perspirent, illos decipit & non medetur, & si juvet, casu juvat.

LXXVI.

A cibo quatuor horis circiter vix libram plurimi perspirant, inde ad nonam duas libras, à nona ad decimam sextam vix libram.

LXXVII.

Tunc erit cibandi tempus, quando corpus reducetur ad illud pondus, salubre tamen, quo fruebatur paulo antequam hesterno die ingessisset cibum; istud solus Apollo sine trutina sciet.

LXXVIII.

Sin verò nocturnę potationis pondus insolitum, neque à robore concoctricis, neque à corruptela die sequenti tollatur, locum habent illa duo carmina,

Si nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc tu manè bibas iterum, & fuerit medicina.

LXXIX.

Si salubre corporis pondus à cœna est ducentarum librarum, corpus ob nimium

ram concoctionem ventriculi. Vide infra plura Sectione sexta.

LXXX.

Quia partium concoctricium imbecillitas, ex venere putà aut aliàs contracta, infirmius alimentum desiderat.

LXXXI.

Idem dici potest de cerevisia nostra novella: in illa siquidem, non inveteraſcente, particulæ aereæ fervidæ insunt; quibus scilicet se aliaque alimenta, quibuscum misceatur, liquidò per omnes concoctiones digerere, effundereque potis est.

LXXXII.

Loquitur, credo, de succo Cyrenaico ex fide Veterum; nam istud medicamentum jam diu perditum est; at Opopanax & Sagapenum, & quibusdam Assa fætida illi succedanea sunt; in his verò numerare licet Chinchina, Vitriolum Martis, omniaque septica. Vide infra Aph.101. hujus Sectionis.

LXXXIII.

Ventriculus vacuus flaccidus est, & satis commode vel minimum cibum amplectitur; quique parce comedunt, perspiratione non multum molestantur, sicut nec reliquis duabus concoctionibus: in plurimum verò comeden-

coitum factum minus salubre, erit centum nonaginta octo libracum circiter, quia virtus illa languidior impedit, ne duæ alimentorum libræ possint saltem sine aliquo angore in pondus salubre converti.

LXXX.

Cibus facilis perspirationis facilius, & longè minori angore refarcit vires cocuntium collapsas, quam difficilis, seu multi nutrimenti.

LXXXI.

Mustum aliquantulum turbidum si in ventriculo coquatur, non solum perspirat, sed maximè juvat aliorum eduliorum perspirationem: hujusmodi virtutis sunt calida flatulenta.

LXXXII.

Cepæ, allium, caro vervecina, phasiani, maximè omnium succus Cyrenaicus juvat perspirationem eduliorum egrè perspirabilium.

Additi ab Auctore.

LXXXIII.

Cibus valdè paucus à ventre non amplectitur: Inde non coquitur, non restaurat, non perspirat.

Per-

dentibus perſpiratio & ſummo labori & detrimento eſt, ut ſuprà Aph. 71. expoſitum eſt.

Profectò male eſſet actum cum reliquis animalibus, ſi multum, aut nihil alimenti ſumerent, comedunt tamen parum vel multum, prout id fortuna iis obtulerit. Imò ex Aph. 85. infrà ſcripto conſtat ventriculum modò vacuum ſemper præſtò eſſe, vel minimum cibum concoquendi.

LXXXIV.

Id eſt, glandularum viſcerumque; ſcilicet partium, quæ citra venas ſunt: eæque omnes velut totidem ventriculi ſive exiguæ viſceræ exiſtimanda ſunt; nempe ad varios humores concoquendos; maxime ad perſpirabile ex iis inſenſibiliter exigendum.

LXXXV.

Ex rigida inedia hypochondria tenduntur; nempe ex inſenſibili perſpiratione in ventriculū & inteſtina translata, ibidemque accumulata: item in capite & extremis membris ſumma moleſtia ac laſſitudo non rarò oritur, ob reliquias retentorum humorum, qui ideo acrimoniam quandam concipere apti ſunt.

LXXXVI.

A valde tenui victu ſanguinis maſſa plus diminuitur, quàm à pharmaco; imò plus vitiatur à diverticulo inſenſibilis evacuationis.

LXXXVII.

Ne quid nimis humidi Oeſophagi oriſ-

que

LXXXIV.

Perſpiratio inſenſibilis eſt excrementum tertiæ coctionis: quare ſi non fiat prima, neque tertia fiat concoctio.

LXXXV.

Ob rigidam inediam, caput repletur, pulſant tempora, tenduntur hypochondria, brachiorum & crurum laſſitudo fit.

LXXXVI.

Exinanitio à cibi pauxillo major, quàm à pharmaco, quod movet quidem ſenſibilem, ſed inſenſibilem evacuationem divertit.

LXXXVII.

Ventriculo in horis matutinis vacuo ob omiſ-

que glandulis subministretur.

LXXXVIII.

Sive multum sive modicum sumendum sit, satius est, certe valetudinariis, id divisis temporibus, quàm semel capere; quod aliàs ventriculo imbecillo, quatenus is musculosus est, nimis gravi esset oneri.

LXXXIX.

Præcipue stomachi; nam si illa concoctio bene se habeat, cæteræ necessario consequentur.

XC.

In hoc numero ponendi sunt valetudinarii quique & ex morbo aliquo chronico, Arthritide putà, convalescentes.

XCI.

Pisces cito concoquuntur in ventriculo, ob facilem eorum colliquationem; at forte quòd ex minime aeratis particulis constent, glandulis hærere apti sunt. De somno vero suprà diximus eum a natura institutum fuisse ad perspirationem expediendam: certe glandularum non minus, quàm ipsius ventriculi concoctio vires dat.

XCII.

Igitur omnia alimenta infirmiora, quod concoctu facilia sint, non protinus boni succi sunt, & salubria; quod glandulis obstruendis apta sunt.

omissam cœnam, in pituitoso valde juvat edulium siccum, ut biscoctum.

LXXXVIII.

Edulium quatuor librarum circiter semel in die sumptum, si noceret, bis vel ter ingestum juvaret: Plenitudo ventris evacuationem insensibilem divertit.

LXXXIX.

Nemo incidet in morbum, si sedulò prævideat, ne cruditatibus laboret.

XC.

Senes ter sumere cibum in die, ut Antiochus, tutius est quam bis, vel semel multum impedit perspirationem.

XCI.

Pisces in cœna cur non sumebat Antiochus? quia morantur perspirationem: à somno fit utilis perspiratio, qua feriata vires languescunt.

XCII.

Succi cucumeris frigiditas & crassities in venis conservatur: imo alii succi pravi, licet sint coctu faciles, prohibendo perspirationem efficiunt malignas febres.

XCIII.

Cibus corruptus diarrhæam excitans, duplici de causa lassitudinem parit; quod nutrimentum sic amittitur; quodque tanquam medicamentum aliquod purgans irritat, atque ex intestinorum glandulis visceribusque utiles quoque succos elicit.

XCIV.

Et lavatio & cœna defessis inutiles sunt; quod ii difficilius concoctiones suas moliuntur, multoque longius spatium à somno requirunt, uc eæ perficiantur.

XCV.

Non bene capio auctorem, cur ventriculus cibum non amplectatur: nisi quod is sit à violento exercitio, ut reliquum corpus, leviter inflammatus: ideo cibum ante concoctionem in intestina præcipitat, ut à tanto onere importuno seipsum liberet.

XCVI.

Naturales actiones, quales sunt partium concoctiones, etiam ab animi affectibus distrahuntur: ideo somnus, in quo fere animus quiescit, istiusmodi actionibus universis magnopere proficuus est.

XCVII.

Magni interest, quantum bibamus, (vide supra Aph.68.) tempus vero & cibi qualitatem sitimque consulere licet.

XCIII.

Cibi corruptela cur efficit lassitudinem? quia divertit perspirationem: Sed quomodo? quia facit cœliacum: Sed cur cœliacus lassitudinem facit? quia una cum excrementis exit aliquid prioris cibi benè cocti.

XCIV.

Si quis corpore defesso eat cœnatum lautum, à somno statim carnes frigidæ, & lassitudines: à cœna tamen duodecim horis circiter emendantur omnia: quia tunc coctio, & perspiratio utilis fit.

XCV.

Cibus à violento exercitio nocet, tum quia non amplectitur, tum quia perspiratum divertit.

XCVI.

Quiit cœnatum animo perturbato, longe minus digerit, quam quietus & lætus.

XCVII.

Potus inter prandium & cœnam nocet: Sed si tantundem minus in cœna potamus, tollitur nocumentum.

XCVIII.

Duplex detrimentum, & alimenti amissio, & glandularum cutanearum occlusio; scilicet ex vehementi perspirationis revulsione ad internas partes.

XCIX.

Quia plus solito perspiravit, ut suprà comprehensum est de cibo copiose sumpto post inediam.

C.

Robustis id quidem medicamenti esse potest: at satius est isto beneficio carere, quam periculum facere: ita certe consulo valetudinariis.

CI.

Adjice adeo mel & Saccharum superioribus, in Aphorismo 82. hujus Sectionis memoratis: ut autem mel in aliquibus bilescat, non intelligo: potest quidem, ob septicam suam vim, nimis calefaciendo irritandoque ventriculum & intestina bilem elicere, stomachumque adeo & vicinas partes acrimonia sua lædere.

CII.

Merum & salsamenta quævis similiaque interdum id postulant; fatendum est, omnem stomachi repletionem perspirationem paulisper posse morari.

CIII.

Expulsionem perspirabilis quod attinet, cor

XCVIII.

Vomitus à cœna debilitat, quia amovet alimentum; tum quia divertit perſpirationem.

XCIX.

Semel aut bis in menſe facto exceſſu in cibo & potu, die ſequenti licet ſenſibiliter non evacuet, minus ſolito perpendit.

C.

Victus uniformis caret beneficio illorum, qui ſemel vel bis in menſe excedunt: expultrix enim à copia irritata excitat tantum perſpiratus, quantum ſine Statica nemo crederet.

CI.

In frigido corpore mel juvat, quia nutrit, & perſpirat; in calido nocet, quia bileſcit.

CII.

Nihil magis impedit perſpirationem, quam potus dum fit chylus.

CIII.

Jecur ob refrigerationem minus attrahit

& glandulæ id præcipuè faciunt: at non negandum est, quin ipsum jecur suas, easque magnas partes, habeat in perspiratione; quatenus scilicet glandulosum & viscus primarium, ductuque insigni, in intestina hiante, præditum sit.

CIV.

An perspiratio possit sic ex toto occludi, ut chylus regurgitet? forte ex labefactatis venis lacteis chyli dispensatio vitietur; quod ut arbitror, non rarò accidit scilicet ex malis medicamentis, cibisque inusitatis.

C V.

Exercitium quidem, bonam valetudinem quod spectat, utramque paginam implet, omnèmque evacuationem promovet; alteræ verò pestis nempe quies sive somnus ex consuetudine limitandus est. Nam Meridiatio *semper laudabilis existimata fuit; ex Celsi verò regula; nempe, „longis diebus meridiari „potius ante cibum, sin minus post eum.*

D E

chylum, longe minus expellit perſpirabile.

CIV.

In homine ſano alvus lubrica, vel fit vitiata coctione, vel chyli diſpenſatione ob prohibitam perſpirationem.

CV.

Bonæ valetudinis peſtis duplex; corpus ex toto tradere quieti; & comedere ante cibi præcedentis concoctionem.

SOMNO ET VIGILIA.

SECTIO QUARTA.

I.

IGitur somni necessitas quædam nobis incumbit, perspirationis causa; ut tantum pondus materiæ, à triplici concoctione subtilissimæ, insensibiliter discutiatur.

Item hinc liquet, si septem horæ somni robusto sufficiant, imbecillo novem minimùm dentur propter perspirationis moram atque imminutionem.

II.

Qui vigilat omnes corporis musculos constrictos habet, meatusque adeo glandularum duplo magis angustatos, quàm qui dormit. Qui itaque propter assidua negotia ac lucubrationes dormire prohibentur, parum alimenti sumere debent, ut perspiratione minus indigeant.

III.

Effluvia insensibilia, quòd valdè aerata & in tenuissimum vaporem cocta, longè rapidiora sunt, quàm quæ cum multo sudore profundantur; nam sudor, ut crassus & lentus, non parum meatus obstruit.

Vires

DE SOMNO ET VIGILIA.

SECTIO QUARTA.

APHORISMUS I.

SOmnus placidus adeo favet perſpirationi, ut ſeptem horis quinquaginta unciæ cocti perſpirabilis in robuſtis ſæpè exhalent.

I I.

Dormiens ſeptem horarum ſpacio occultè, ſalubriter, & ſine violentia perſpirare ſolet duplo magis quam vigilans.

III.

Perſpiratio dormientis, quæ cum multo ſudore fit, non eſt plenior quacunque inſenſibili perſpiratione ſine ſudore.

IV.

Vires augentur ob relaxatos musculos somni tempore: nam ex assidua ista tensione diurna aliquis fatigetur, & labefactetur, necesse est.

V.

Quia tantum à placido somno deest: Etenim cui insomnia vehementer molesta fuerint, is parum dormire existimandus est.

VI.

Quia violento exercitio assultim ferè & per sudorem expellitur cruda quædam materia: placido autem somno cocta & insensibiliter emittitur continuo quodam effluvio; maximum sanè providentiæ beneficium, quod plurimi sint ad exercitium vix habiles.

VII.

Id est, ad Sextam circiter horam à decubitu, ubi jam chylus ex toto in venas transierit.

VIII.

Etiamsi coctum sit perspirabile, tamen non temerè avolat nisi dormienti, propter angustias meatuum, ad glandulas pertinentium, scilicet ex perpetua quadam constrictione musculorum in vigilante.

IX.

Propter assiduas istas puncturas ex acrimonia perspirabilis retenti in meatibus Glãdularum. Ita ventriculo concoquente, venisve

ni-

IV.

A ſomno nocturno corpus ſentitur minoris ponderis, tum ob vires auctas, tum ob exhalationem ſaltem trium librarum circiter excrementorum.

V.

Somnus inquietus impedire ſolet trientem ſolitæ perſpirationis.

VI.

In ſomno placido perſpiratio aliquando major eſt, data temporis paritate, quam in exercitio violento.

VII.

In ſomno matutino, ſed peracta prima coctione, libra perſpirabilium excrementorum horæ ſpatio: non peracta, nec quadrans exhalare ſolet.

VIII.

Quæ impediunt ſomnum, impediunt quoque perſpirationem cocti perſpirabilis.

IX.

Somni breves fiunt ab acrimonia perſpirabilis retenti, perſpirabile verò ſæpe retinetur, quando natura aliis internis mu-

nimium repletis chylo, haud libere perſpiramus.

X.

Caput quidem Nervique ſua materia acri male affici poſſunt; quod iis ſuæ quoque glandulæ concoctrices ſunt. At quod in meatibus aliarum glandularum retinetur, cùm extra circuitum ſanguinis ſit, non ita promptum eſt, ut arbitror, de loco in locum transferri.

X I.

Nempe morbum aliquem brevi venturum indicat.

XII.

An propter numerum & magnitudinem glandularum in pedibus & circa coxas? certè quia pedes coxæque etiam ad quintam partem circiter totius cutis ſunt.

XIII.

Meatum glandularum conſtrictio atque anguſtatio, adeoque perſpiratio diminuta ex aſſidua Muſculorum tenſione dependet. Perennis autem illa agitatio in lecto parum expellit, cùm velox curſus perſpirabile, ex Spiritus retentione, vi ſubinde diſcutit.

XIV.

Igitur ſatius eſt ſub dio vigilare, quàm vel Tabernaculo dormire nudus: nam ita relaxatis meatibus glandularum ob ſomnum,

&

neribus plus ſolito eſt occupata.

X.

Acrimonia perſpirabilis retenti, vel ſæpiſſime petit caput, turbat ſomnum, & partium ſuperiorum perſpirationem divertit.

XI.

Si quis à ſomno ſentiat brachia dolentia, vel plus ſolito defatigata, ſignificat corpus eſſe majoris ponderis, quàm natura diu ferre poſſit.

XII.

Qui dormiunt pedibus ac coxis detectis, noctis ſpatio libra perſpirabilis exhalare prohibetur.

XIII.

Perennis in lecto corporis agitatio magis agitat, quam velox curſus: in motu enim currentis ſolum muſculi infernarum partium corporis, in motu jacentis muſculi fere univerſi corporis moventur.

XIV.

Magis prohibetur perſpiratio in dormientibus ab Auſtrina aura frigidiuſcula, quam in vigilantibus ab ingenti frigore.

& Auſtrinæ auræ frigidiuſculæ dulcedinem; perſpirabile repellitur, recrudeſcitque.

XV.

Etenim materia, ad perſpirationem deſtinata, vi cordis in meatus glandularum aſſiduè propellitur; ubi ex defectu concoctionis cruda accumulatur.

XVI.

Ad proximè ſuperiorem claſſem propriè pertinet hic Aphoriſmus.

Rectè itaque Veteres prodiderunt ex ore Celſi, ut, quo valentior quæque materia eſt, eo minus facilè coquatur; ſed ſi concocta ſit, plus alat.

Cur autem alimenta facilis perſpirationis corpora debilitent, quæritur? forte quòd nimis relaxant viſcera, eorumque meatus; ſiquidem ferè humida ſunt, & tenuium partium: in partium tamen modica aſtrictione vires conſiſtunt.

XVII.

In prima nullum virium diſpendium; quia per ſe quaſi ſponte à ſolo cordis motu placidè atque inſenſibiliter cocta effluunt: in hac verò ſecunda ob moram ex nimia partium tenſione acria & cruda obnixè exprimuntur.

XVIII. XIX.

Scilicet ea differentia, quæ eſt inter aſtrictum laxatumque, meatus glandularum quod attinet.

Quod

XV.

Si somnus nocturnus minor solito sit; exhalatio cocti perspirabilis imminuitur, crudi verò augetur.

XVI.

A cibo facilis perspirationis corpora potius debilia, quam ponderosa: à cibo verò difficilis, & debilia & ponderosa fiunt.

XVII.

Perspiratio à somno facta differt specie ab illa, quæ in vigilia: prima est coctorum perspirabilium sine acrimonia, & cum virium levamine; secunda est crudorum, acris, violenta, & cum labore.

XVIII.

Duplo magis dormiens perspirat vigilante. Hinc illud famosum: *Duæ horæ quietis in vigilante perinde juvant, ac una somni.*

XX.

Quod perſpiratio ex concoctione ventriculi ſuppeditatur; qua feriante, copia perſpirabilis deeſt.

XXI.

Igitur bilis, ubi præter modum in ventriculum atque inteſtina effunditur, & copia peccat, ſæpius novo chylo diluenda eſt: nam veriſimile eſt hæc ſymptomata oriri ex bile per vaſa lactea in ſanguinem reflua.

XXII. XXIII.

Magnum ſanè argumentum primarii uſus ſomni: nempe poſt pleniorem cœnam, quæ perſpirationem ſolito majorem exhauſtamque excepit, is & longior & jucundior eſſe ſolet. Contrà verò, ſi perſpirabile dici præcedentis non ritè fuerit diſſipatum, ſomnus inquietus & nox moleſta expectanda eſt.

XXIV.

Scilicet ob difficultatem perſpirabilia cruda & acria ejiciendi: quod tandem ſecundum vires ægri, vel lethale, vel fere trahitur in longitudinem.

Qua-

XIX.

Perspirationem insensibilem cursu septem horarum in dormiente inveni in multis esse quadraginta unciarum circiter, in vigilante viginti.

XX.

Qui vacuo ventriculo it cubitum, ex nocte tertiam partem minus more solito circiter perspirat.

XXI.

Biliosi, qui eunt cubitum stomacho omnino vacuo, venter & caput implentur crudis, pulsant tempora, eliquantur carnes, tensiones vehementes circa brachia & manus oriuntur, excitatur aliquando morsus cordis, vertigines, & epilepsiæ, ut accidit Diodoro.

XXII.

A solito majori perspiratione pleniorís cœnæ usus semper somnum longiorem & jucundiorem pollicetur.

XXIII.

Perspiratio minor solito prænuntiat somnum inquietum, & noctem molestam.

XXIV.

Si à brevi & implacido somno carnes frigidæ inveniantur, & indè febricula succedat, id in debilibus mortem, in robustis morbi longitudinem magna ex parte prænuntiat.

Le-

XXV. XXVI.

Quotidianum certe cubile tutissimum est; cætera quidem animantia ex instinctu vivunt; quo servato, mores iis immutabiles sunt, & quoad victum & loca; ita fere quæque ad extremam suam senectutem commode perveniunt.

XXVII.

Somniare tantum à perspiratione tollit, quantum deest à vero somno: nam qui somniat, vix semisopitus dici potest. Imò ex insomniis vehementer cor laborat, haud aliter sane, quàm si quis vigilaverit.

XXVIII. XXIX.

Forte ventriculus ex bona parte ad quartam horam à cœna depletur; chylus tamen vasa lactea non plene subire solet ante horam sextam; ita quinta post cœnam alicui expergefacto parum perspiratum est; chylo verò omni in venas ingresso copiosè perspiratur. Igitur duæ ultimæ concoctiones simul sumptę duplo minimùm citiùs perficiuntur, quàm ista prima ventriculi & intestinorum.

XXX.

Ex mensura somni fere perspiratio æstimanda est: itaque is ubi solito brevior fuerat, meridiari oportet, aut exercitatione aliqua solito plenior excitanda est, ne febris oriatur.

XXV.

Lecti mutatione somnus implacidus, & perspiratio minor fit: insolita enim licet meliora, corpus & animum lædunt.

XXVI.

Magis somniant in lecto insolito, quam in consueto jacentes.

XXVII.

Qui dormiunt, & non somniant, benè perspirant, & versa vice.

XXVIII.

Somnus à cibo quatuor horis circiter est utilior: natura enim tunc minus est occupata prima concoctione, meliùs remittit quod est amissum, & meliùs perspirationi favet.

XXIX.

Si à cœna quinque horis somno illico excitatum perpenderis, vix mediam libram; si octo horis, tres libras perspirasse invenies.

XXX.

Somno solito breviore semper aliquid perspirationis prohibetur, quod nisi sequentibus diebus pleniore perspiratione compensetur, imminet febris periculum.

XXXI.

Ita vel leviter amissa perspiratio omnimodo compensanda est; scilicet quiete & abstinentia, ut tanta incommoda cavean-tur.

XXXII. XXXIII. XXXIV.

Utraque videtur; nempe Oscitatio & Pandiculatio, ad eundem effectum institui. Nam Oscitatio est plenior pulmonis inspiratio, ad halitus ejus plenius exhauriendos: itidem pandiculatio ad artus vehementer & subitò purgandos, si qua forte supervacua materia in somno accumuletur, hæreatque; scilicet ne jam vigilantis motui & agilitati obstet.

XXXV.

Quia quicquid nobis inusitatum est, nauseamve movet, perspirationem impedit, etiamsi materia rite præparata sit ad exitum: scilicet in imbecillis subitam & vehementem partium constrictionem excitando.

XXXVI.

In paroxysmis Febrium eadem symptomata ac quæ in sanis videmus; idque propter co-

piam

XXXI.

Retenta aliqua perſpirationis conſuetæ parte, die ſequenti vel à prandio ſomno rapimur, & horæ ſpatio libram circiter perſpiramus: vel nocte ſequenti tantò longior ſit ſomnus, quanto magis ſolito expedit perſpirare: vel in ſenſibilem criſim, vel in morbum labimur.

XXXII.

A ſomno oſcitatio & artuum protenſio, indicant corpus maximè perſpirare, ſicuti dicitur de gallis, ſeſe alis ante cantum percutientibus.

XXXIII.

Oſcitationes & artuum extenſiones, quæ ſtatim à ſomno contingunt, ex copia perſpirabilium ad expulſionem optimè præparatorum excitantur.

XXXIV.

Corpora oſcitatione & pandiculatione horæ dimidiæ ſpatio magis perſpirant, quam tribus horis alterius temporis.

XXXV.

Qui ægris dant ſerapia, vel medicamenta horis optimæ perſpirationis, quæ ſolet eſſe à ſomno duarum horarum ſpatio, lædunt; horis verò ſequentibus, proſunt.

XXXVI.

In paroxyſmis pandiculationes, & oſcitationes nõ ſignificant caloris concentrationem

piam acrium perſpirabilium retentorum, atque ægre diſcutiendorum.

XXXVII. XXXVIII.

Atque hæc optima ratio eſt meridiationis, ad horam limitandæ, certe in valetudinariis; ſcilicet ad mala heſterna, ſi quæ fuerint, præſtantiſſimum remedium.

XXXIX. XL.

Ex concoctione vitiata nec perſpiratio ſequitur, quòd fere nihil concoquendum in glandulas tranſmiſſum ſit; neque ſomnus continuatur propter aſſiduum ſtomachi irritamentum ex corrupto alimento, vel vomitu vel dejectione, ſiquidem in chylum tandem confici nequeat, eliminando.

At ſympathia iſta cerebri cum ſtomacho non eſt alia, quàm quæ ei, nervis mediantibus, cum reliquis corporis partibus intercedit; videlicet, opium ventriculi primum nervos conſtipat, ſtuporemque iis inducit, unde ſomni quaſi quædam fallax ſimulatio ſequitur: in naturali vero ſomno nervi relaxantur, feriunturque; tamen ex qualibet gravio-

nem, sed excretionem acrium copiosorum perspirabilium retentorum.

XXXVII.

Hora dormitionis meridianæ cibo corpora, aliquando libram, aliquando selibram excrementorum occultè perspirabilium excernere solet: libram, si aliquid perspitationi; hesternæ dici retentnm sit: selibram, si nihil.

XXXVIII.

Si aliquid hesternæ perspirationis sit retentum, & per somnum meridianum illud omninò non excernatur, statim à somno persentitur magnum capitis pondus; magnusque dolor gravativus.

XXXIX.

Si quatuor horis à somni initio cibus corrumpatur, statim hæc duo mala se invicem consequentia contingunt: prohibita perspiratio, & vigilia.

XL.

Nulla causa sæpiùs somnum interturbat, quàm ciborum corruptela: id efficit quæ est inter stomachum & cerebrum sympathia.

Som-

viori partis alicujus, ſtomachi putà, affectione ad motum ſtatim & vigiliam excitatur.

XLI.

Juſta corporis temperies, ratione caliditatis, ad perſpirationem rite expediendum requiritur; ſcilicet, ne ex frigore illa nimis cohibeatur, aut ex calore nimio in ſudorem effluat.

Recte itaque præcepit Celſus; „ *hyeme* „ *totas noctes nos conquieſcere oportere.*

XLII.

Ex mentis integritate atque alacritate æquo bene dignoſcitur corporis conditio, ac ex ejus agilitate. Vide quæ de animi affectibus, ſua ſectione infrà pluribus expoſiturus eſt.

XLIII.

Æſtate paululum ante cibum optima meridiatio eſt: hyeme vero eo auxilio ad ſanitatem tuendam, certe apud nos, propter frigus & dierum brevitatem minus eſt opus. Verum à decubitu, ſi aliquid reſtiterit heſternæ perſpirationis, caput maxime afficitur; nempe ex ipſo poſitu plus perſpirabilis ei incumbet.

XLIV.

Perſpiratio, niſi admodum inſenſibilis, vitioſa eſt; id eſt, niſi inviſibilibus efluviis è glandularum oris evaporet; ipſæ vero illæ glandulæ nuſquam non ſunt, certe ubicunque aut nervi aut membranę ſint. Igitur ſubtiliſſimis vaporibus ab iis continuo emiſſis cor-

XLI.

Somnus hyeme utilior, quàm æstate; non quia ventres sunt calidiores, vel somni longissimi; sed quia ante diluculum corpora fiunt actu calidiora, & ut talia maximè perspirant, æstate verò frigidiora.

XLII.

A somno discursus puritas & corporis agilitas significant corpus illa nocte ad minus tres libras magna ex parte perspirasse.

XLIII.

A somno meridiano capitis levitas indicat nihil perspirationis hesternæ diei fuisse retentum.

XLIV.

Somnus externas & internas partes universas humectat, quia attenuat perspirabile, & valde attenuatum per omnia membra illud dispensat.

pus universum intus extraque subinde humectatur, maxime somno non interrupto, præclaro illo perspirationis authore.

XLV.

Hoc verum est, si de cordis motu intelligatur; qui quidem in vigilantibus validior & concitatior est; quælibet tamen concoctio melius somno perficitur, ob integram naturalium functionum, quales universæ concoctrices sunt, libertatem.

XLVI.

Inter has somni laudes, utilitatesque minusintelligibiles sunt humorum cõcentratio, & caloris utriusque unitas: reliqua autem satis bene explicari possunt. Etenim sitis humectatione aufertur; cùm scilicet sanguis in secundas *(mallem dicere in tertias; quia chylus prima humiditas est; isque è sanguinis penu continuo suppletus in glandulis tertiatur) humiditates conversus sit; id est, in humores glandulis, visceribusque concoctos: his nempe per omnes nervos membranasque diffusis, si quod fuerit supervacaneum, perspiratione insensibili dissipatur: unde corporis levitas, agilitas, vigor: item sensus excitantur, mensque erectior fit.*

XLVII. XLVIII. XLIX.

Hi tres Aphorismi ex falsis notionibus de spiritibus nescio quibus dependent; illud verum est, dum ventriculus alimento repletur, interna ejus perspiratio ferè major est: at-

que

XLV.

Vigilia movet à centro ad circumferentiam ſanguinem, qui eſt minus præparatus ad perſpitationem, quam in ſomno correptis.

XLVI.

Somno concentrantur humores, unitur calor influens innato, aufertur ſitis, niſi prædominetur bilis, fit converſio ſanguinis in ſecundas humiditates, & corpora leviora fiunt.

XLVII.

Somno animales, vigilia vitales & naturales langueſcunt.

XLVIII.

Vigilia animales roborantur, vitales & naturales langueſcunt.

que ita internæ partes, quatenus perſpiratio intus vertitur, & calidiores levioreſque fiunt; dum verò vigilamus, ex ſola partium tenſione, aliave levi exercitatione, externa magis incaleſcunt, & ex perſpiratione extrà diſſipata, leviora quoque fiunt.

L.

Ex nimio ſomno Cor glandulæque languent torpentque: humoreſque adeo retenti ob moram craſſeſcunt atque imperſpirabiles fiunt, unde frigoris ſenſus & pondus.

L I.

Corpora, quæ multam bilem gignunt, ex nimio ſomno læduntur; quòd ex ejus miſturæ cum pituitoſis glãdularum humoribus perſpirabilia acerrima fiunt, quæque ſic capiti aliiſque viſceribus vehementer moleſta ſunt; iſta autem infectio à chylo, ferè bile contaminato incipit, & in glandulas uſque per ſanguinem transferatur; nam bilis nuſpiam fit, niſi in hepatis vaſis excretoriis: & regurgitatio ejus, ſi unquam fiat, ex rariſſimè contingentibus eſt: ſæpe tamen reflua eſt per vaſa lactea interdum ſincera, interdum chylo commiſta. Quæ autem Borellus *de bilis circulatione ſcripſit, fabulæ ſunt.*

L I I.

Aliquo modico & temperato cordis motu opus eſt, ad glandulas perſpirabili ſupplendas. Iſte autem motus in ſanguineis animalibus à calore dependet, qui in dormiente ſtra-

gu-

XLIX.

Per ſomnum magis interiora incaleſcunt, ipſaque magis leviora fiunt. Per vigiliam magis exteriora incaleſcunt, ipſaque magis leviora fiunt.

L.

Per nimium ſomnum interiora & exteriora frigeſcunt, humores impinguntur, reddunturr imperſpirabiles, & corpora pondcroſiora fiunt.

LI.

Corpora bilioſa per nimium ſomnum valdè læduntur, non quia recrementa tertiæ coctionis fiunt imperſpirabilia, ſed quia fiunt mordaciſſima, feriuntque deinde caput & alia viſcera.

LII.

In dormientibus ſtragulis detectis magis impeditur perſpiratio, quam in vigilantibus veſtibus denudatis; cum ob quietem dormientium, tum quia calor exter-

gulis denudato ab aere frigido facilius minuitur ob perpetuam quietem, quàm in vigilante non vestito; cujus quidem assiduus motus subinde calorem excitat renovatque.

LIII.

De pondere ex materia retenta satis constat; nam vigilantes ægrè atque lente perspirant ob perpetuam partium constrictionem: sed cur vires etiam minuantur, non ita perspicuum est; nisi dicamus debilitatem ex fatigatione tandem oriri; scilicet ex nimio corporis usu atque agitatione; quæ sane unica Vigiliæ notitia est.

LIV.

Illud sane insigne est somni beneficium, ut quod supra consuetum onus, retentum sit, perspiret; idque ex crudo concoctum insensibiliter, somnus itaque non tantùm facilitat perspirationem, sed & mirifice adjuvat concoctionem glandularum; ex qua ultima sanitatis perfectio est.

LV.

Quia præter supervacaneæ materiæ perspirationem, etiam quotidie aliquid amittitur à pristino pondere; scilicet ex concoctionis defectu.

LVI.

Potius ex debita, ut arbitror, concoctione, & continua partium ad motum sensumque destinatarum humectatione vires augentur;

narum partium refugit ad intra.

LIII.

Insolita vigilia reddit corpora primis diebus ponderosiora & debiliora: ponderosiora, quia post evacuationem excrementorum perspirabilium relinquitur crudus succus per se, & per accidens ponderosus: debiliora, quia ubi est cruditas, ibi non fit conversio, & per consequens virtutes languescunt.

LIV.

Si somnus post vigiliam immoderatam fuerit septem horarum, perspiratio erit major consueta ad libram circiter.

LV.

Vigiliæ perseverantes reddunt corpora minus ponderosa, non ob majorem perspirationem, vel evacuationem sensibilem, sed quia quantum amittitur pinguedinis & carnis, tantum non remittitur.

LVI.

Horis matutinis corpus est, & sentitur minus grave: est, quia per somnum precedentem tres libræ excremẽtorum perspi-

tur; quorum omnium somnus auctor est; quàm quod aliquid ponderis adjectum sit ex alimentis: cùm id ex Trutinæ nihil est. Vide suprà Aph. 77. Sectionis tertiæ.

LVII.

Scilicet, si alimentum sit è valentissima materia, malique succi; vel stomacho ab insolita vigilia infirmato minus idoneum.

LVIII.

Infectionis ratio in occulto est; certe effluviorum invisibilium vis admiranda est, sive ea per contactum, aut per vias stomachi, aliva commista, atque sanguini tandem communicata fuerint; imò sic perspiratio sani quoque cujusdam hominis minus sano levamini esse potest.

LIX.

Alimentum somni somnus concoctionis, concoctio perspirationis author est.

LX. LXI. LXII.

Quæ stomachum roborant, concoquunt, & perspirationem excitant: si verò eorum nimia sumantur, sudorem movent; attende admirandos effectus medicamentorum exigua præter fidem quantitate exhibitorum, in Mithridatio putà, aliisque veteribus compositionibus. In modis sanè quorumlibet medicamentorum assignandis mirifica Antiquorum peritia fuit.

Di-

rabilium exhalarunt : ſentitur, tum quia eſt levius, tum quia per coctionem ciborum facilè perſpirabilium auctæ ſunt vires.

LVII.

Corpus vigilia inſolita reddi poteſt majoris ponderis, ſi cibus, quo alitur, ſit perſpirationi ineptus.

LVIII.

Tam copioſa eſt corporis exhalatio in dormientibus, ut non ſolum ægri cum ſanis cubantes, ſed ſani inter ſe bonas vel malas diſpoſitiones ſibi ipſis invicem communicent.

Additi ab Auctore.

LIX.

A cibo ſomnus, à ſomno coctio, à coctione utilis perſpiratio.

LX.

Diacitonium non ſtatim à cœna, ſed poſt primum ſomnum excitat ſomnum, dummodo non ſuperbibatur.

LXI.

Diacitonium cum cinamomo roborat ſtomachum, roborato ſemper ſomnus fit.

LXII.

Modicum vini generoſi & alium conciliant ſomnum & perſpirationem : ſi ve-

LXIII.

Digestio concoctione latius patet; nempe quæ universas à ventriculo concoctiones evacuationesque respicere videatur.

LXIV.

Id est, in expulsione perspirabilis; & in excrementis primæ & secundæ concoctionis eliminandis.

LXV.

Ex cruditate in glandulis atque imperfecta colliquatione cibi in ventriculo & intestinis, aut ex nimia venere vires minuuntur; scilicet ex defectu primæ concoctionis.

LXVI.

Iis tantum meridiandum est, quibus id vel consuetum est, vel quibus hesterna cruditas adhuc perspirationi impedimento est. Vide suprà Aph. 43.

LXVII.

Jejunium superflui augmento obstat: ita autem, vigilia, atque exercitium cordis vigorem incitando, superfluum tollunt.

LXVIII.

Corpus plene rectaque extensum constringitur, musculique nimium tenduntur; corpus verò in se contractum, membrisque paululùm recurvatis, laxatur; quemadmodum

Em-

rò plus juſto ſumantur, utrumque prohibent: perſpirabile tamen in ſudorem convertunt.

LXIII.

Ille verò longævus, qui quotidie bene concoquit, & digerit: coctio fit ſomno, & quiete; digeſtio vigilia & exercitio.

LXIV.

Laſſitudo à ſomno, ſi ſolito exercitio tollitur, defectus erit in digeſtione, non in concoctione.

LXV.

Dum à ſomno ſurgimus cum ſolito pondere, ſed cum majori laſſitudine, hæc, niſi ſolita exercitio tollatur, eruditatum cumulum, cibi corruptelam, vel nimium coitum ſignificat.

LXVI.

Somnus meridianus inſolitus viſcera omnia lædit, hebetatque perſpirationem.

PATENEO VENEZIA

LXVII.

Laſſitudo poſt ſomnum tollitur iis quę facilem peſpirationem reddunt: hæc ſunt, jejunium, exercitium, vigilia & ira.

LXVIII.

Somnus ſtrato & laxo corpore nocet: contracto juvat: Viſcera unita coctionem habent facilem; laxa difficilem.

Embryonis in Utero positus se habet; in hoc itaque ultimo situ decubitus sanior est; quia sic melius concoquitur, & expeditior transitus est de concoctione in concoctionem.

LXIX.

Sudor à somno frigidiusculus cruditatem in glandularum meatibus indicat: ex cujus accumulatione tandem Arthritis oriri possit.

LXX.

Nervi & membranæ ita nimis humectantur: ex defectu verò humidi resolvuntur: at ab istis omnibus prima certè concoctio atque ultima malè se habent.

DE EXERCITIO, ET QUIETE

SECTIO QUINTA.

I. II.

ID est, parum insensibiliter perspirat, quòd à tanto motu fere sudor effluit, qui insensibilem perspirationem impedire solet magna

ex

LXIX.

Sanis, si à somno sudor frigidiusculus accidat, minus justo perspirant, & temporis cursu si idem accidat, fiunt podagrici.

LXX.

A nimio somno & nimio meri potu suffocantur vires: à nimia vigilia & exercitio resolvuntur: hæc omnia coctionem diminuunt, & diminuta cessat utilis perspiratio.

DE EXERCITIO, ET QUIETE

SECTIO QUINTA.

APHORISMUS. I.

IN motu violento corpus occultè minus perspirat, quàm in aurora post novem vel decem horas ab assumpta cœna.

ex parte; iste autem sudor oritur ex massa sanguinea in glandulas vehementer propulsa; quæ raptim sub forma liquoris cujusdam immaturi effunditur. Verùm ut ista materia fiat occultum perspirabile, & morulæ quædam, & cordis temperatior motus, qualis fere est dormientium, desiderantur. Vide suprà Sect. 4. Aph. 6.

III.

Occulta tamen coctorum perspirabilium evacuatio sola salutaris est. Vide suprà Sect. 4. Aph. 6.

IV.

Idem suprà expositum est; nempe ex constrictione partium, quæ ferè relaxantur in quiete

V.

Ex ira & hilaritate mens erectior est; ipsumque cor ad vegetiorem quendam motum incitatur; unde perspiratio certè plenior: ex sola verò perspiratione vires servantur recreanturque: timidis autem & mœrentibus omnia contraria sunt.

VI.

Imo ut defessa tantillo cibi, donec debitè concoquatur, vix sustinendo sunt; quòd ventriculus, ut reliquæ corporis partes, à nimio exercitio incalescit ex levi quadam febricula. Vide suprà Sect. 3. Aphor. 94. 95.

Quia

II.

Quod in motu violento per poros evacuatur, est sudor & perspirabile occultum; sed ut violentum magna ex parte elevatur ex incoctis succis: rarò enim tantum cocti perspirabilis in corpore colligitur quantum per violentiam evacuatur.

III.

Sudor semper est à causa *violenta*, & ut talis, (sicut Statica experimenta docent) impedit coctorum perspirabilium occultam excretionem.

IV.

Longè magis perspirat corpus in lecto quiescens, quam in lecto frequenti & crebra agitatione circumvolutum.

V.

Longo itinere minus defatigatur hilares & iracundi, quam timidi & mœrentes: illi enim magis salubriter, hi verò minus perspirant.

VI.

Corpora quæ à nimio exercitio illico cibantur, læduntur: quia, ut defessa & cibo gravata minus perspirant.

VII.

Quia post septimam chylus ex toto jam venas subierit, suamque materiam diffiandam glandulæ concoxerint; ideo exercitium tunc adhibitum plenius evaporat: aliis verò horis, aut tardè nimis, nempe cùm parum aut nihil superfluum relictum sit in glandulis, aut maturius est, quàm ut quicquam in glandulas transierit.

VIII.

Ex perpetuo exercitio violento corpus tandem fit leve ac macilentum; quòd præter solitum superfluum ex quotidiano chylo insensibiliter perspiratum, aliquid etiam quotidie de ipsa veteri sanguinis massa dissipatur.

IX.

Nervi, membranæ, ligamenta, musculique omnes exercitio humectantur: ab ista verò humectatione, quod sit superfluum, ad evaporationem concoquitur.

X.

Ista præparatio in debita concoctione consistit, motu autem excrementorum sensibilium descensum atque insensibilium expressionem molimur: ex quiete verò morula quædam perspirabili in glandulis ritè conficiendo necessario adhibetur.

XI.

Nempe ex penu superflui jam ex magna par-

VII.

Exercitium poſt ſeptimam uſque ad duodecimam horam ab aſſumpto cibo, magis reſolvit inſenſibiliter horæ ſpatio, quam tribus horis alterius temporis.

VIII.

Evacuatio inſenſibilis quæ fit ab exercitio violento, impedit ne ſucceſſivè remittatur, quod amittitur: imo ſi eadem perſeveraverit violenta, corpus reddetur adeo leve, ut in pluribus de futura tabe verendum ſit.

IX.

Exercitio corpora leviora fiunt: omnes enim partes, præcipuè muſculi, & ligamenta motu ab excrementis purgantur: perſpirabile ad exhalationem præparatur, ſpiritus tenuiores fiunt.

X.

Motus præparat corpora ad excretionem excrementorum ſenſibilium & inſenſibilium: quies magis ad inſenſibilium.

XI.

Si corpus à cœna in lecto quieverit de-

parte perſpiratio. Robuſtis ſatis ſunt ſeptem horæ; imbecillibus, ut ſuprà, decem deſiderantur.

XII.

Humores ad perſpirationem concocti motu ferè diſſipantur: longior autem quies ægrotantes maximè lædit, quia ad ſe movendos prorſus inepti ſunt.

Cibi inuſitati hic debito copioſioribus rectè annumerantur, quia conſuetis concoctu longe difficiliores ſunt; atque adeo inutiles, maxime ægris & valetudinariis; idem dicendum eſt de medicamentis, eorumque copia, præcipue metallicis pleriſque, quòd ſua natura ægre, ſi unquam domantur. Neque audiendi ſunt vani iſti chimici de iſtiuſmodi medicamentorum torturis & mangonio.

XIII.

Adde decubitum quieti; ſcilicet ob contrarium venarum poſitum; ſic in utroque corporis extremo, circulationis ſanguinis defectus, ſi quis fuerit, optimè compenſatur.

XIV.

Mens irrequieta & affectibus diſtracta cor pulmonemque vehementer exagitat; ipſum quoque cerebrum, & reliqua viſcera; itidem eorum glandulas. Ut autem partis hujus vel illius perſpirationem præ reliquis promoveat, quomodo id fiat, non ſatis video; profectò nec cor nec cerebrum per ſe perſpirant,

niſi

cem horarum cursu, optimè perspirabit: Si adhuc diutius quieverit, statim incipiet diminui tum sensibilis, tum insensibilis excretio.

XII.

Quies longa efficit corpora ægrotantia ponderosiora, tum quia perspirabilia excrementa motu ad excretionem præparantur; tum quia quiete, cibi & potus, si insoliti sint, vel debito copiosiores, ut in ægris accidit, non digeruntur, & inde omnia mala, & sæpissimè mortes eveniunt.

XIII.

Si diu jacenti dolores pedum superveniant, remedio est ambulatio: si iter facienti, quies.

XIV.

Duo sunt exercitia, alterum corporis; & alterum animi: corporis, evacuat sensibilia excrementa; animi, insensibilia magis, & præcipue cordis & cerebri, ubi sedet animus.

nisi ope glandularum suis quæque membranis nervisque insitarum.

XV.

Quies corporis si non nimia sit, perspirationem, ut dictum est, promovet, quia tum cor, aliæque omnes functiones naturales sui juris sunt; at animus segnis ipsum cordismotum omnesque naturales actiones deprimit, infirmatque.

XVI.

Vide Aphor. 2. Sect. 7. ea quidem omnia perspirationem excitant: ira verò & lætitia maxime; sed istos spiritus à perspirabili distinctos nescio.

XVII.

In ludo Pilæ putà, propter variam partium constrictionem, nunc pulmonis, nunc ipsius cordis, vires quodammodo conservantur; in lecto autem, quiescente ac tanquam resoluto corpore, cor, ex animi affectibus, vehementer exagitatur, perspirabiliumque ingens consumptio fit ex relaxatis meatibus glandularum.

XVIII.

Ex nimio exercitio chyli & sanguinis superfluitates per insensibilem perspirationem vehementer expelluntur; ideo alvus exiccatur, atque indurantur scybala; scilicet ab illa pleniore evacuatione per glandulas cutaneas: corporaque adeo leviora fiunt propter perspirabilis emissi copiam.

Non

XV.

Nimia animi quies magis prohibet perſpirationem, quam corporis.

XVI.

Animi exercitia, quæ maximè faciunt exhalare ſpiritus, ſunt ira, pericharia, timor, & mœſtitia.

XVII.

Corpora in lecto quieſcentia vehementi animi motu agitata ut plurimum magis reſolvuntur, & levioris ponderis fiunt; quàm ſi animo placido cum vehementi corporis motu, ſicut fit pilæ ludo, agitarentur.

XVIII.

Exercitio nimio excrementa primæ & ſecundæ coctionis magna ex parte per totius corporis ambitum diſpenſantur; ideo alvus exiccatur; corpora tamen fiunt leviora, quia longè major eſt evacuatio inſenſibilis, quam excrementorum craſſorum excretio per alvum facta.

Exer-

XIX.

Non tantùm succi alibiles, sive qui intra circuitum sanguinis sint, præter modum minuuntur, sed & ipsa organa visceraque ex nimio & violento usu detrita pereunt.

XX.

Quia sensibilium excrementorum parum adhuc accumulatur: minus verò insensibilium, quæ omnium remotissime à ventriculo conficiuntur: utpote ex tertia atque ultima concoctione nata: nempe ob concoctiones depravatas. Igitur quies & abstinentia in istis casibus, scilicet & recenter cibato, aut cruditatibus referto, imperanda sunt.

XXI.

Exercitio etiam modico, ob constrictionem musculorum meatus glandularum angustantur, & corpus minus perspirat: at à violento ob vehementer exactam perspirationem siccatur alvus; contrà somno alvus mollior & lubrica fit; imo universum corpus eo humectatur, in qua humectatione virium reficiendarum unica ratio esse videtur.

XXII.

Frictiones, perinde ut Cucurbitulæ, si ritè adhibeantur, materiam demere existimatæ sunt: at cruditates propter crassitiem & viscositatem suam nec per se effluere, nec commodè iis artibus extrahendæ sunt.

Exer-

XIX.

Exercitium animi, & corporis violentum reddit corpora levioris ponderis, efficit velocem senectutem, & mortem prę-maturam minatur; citius enim ex Philosopho moriuntur exercitati quam non exercitati.

XX.

Exercitium violentum à corpore, cibo, vel crudo succo referto, aufert pondus sensibilium excrementorum minus solito: insensibilium fere nihil.

XXI.

Exercitio corpus minus perspirat, somno magis, & magis lubrica redditur alvus.

XXII.

Frictiones & cucurbitulę in refertis crudis succis impediunt perspirationem.

Tunc

XXIII.

Exercitium optimè adhibetur à finita ſupervacanei perſpiratione, ſcilicet paululum ante cibum; idque fieri poteſt, ſi modicè cibetur, bis quotidie.

XXIV.

Maxime ſi natatio ſit in frigida, aut marina.

XXV.

A vento itidem meatus clauduntur; ſcilicet conſtringuntur ex renitentia: ita ſpiritus difficilis ob retentum perſpirabile in pulmonibus.

XXVI.

A motu vehementi calor; ex vento in perſpirando morula; ſic humores incenſi acres fiunt.

XXVII.

Ab equitatione ſanguinis motus à pedibus ſurſum verſus prohibetur; nempe ex poſitu corporis preſſuraque partium gravi in ſellam; ita perſpirabile infra lumbos minuatur neceſſe eſt; certe ex equo ſuccuſſante ad iſtam preſſuram accedit, etiam viſcerum vehemens concuſſio.

XXVIII. XXIX.

Iſtæ vectiones ad quietem fere accedunt: Itaque ſi inſuetis diu durent, quòd admodum temperatus ſit motus, optime perſpirationem promovent.

Ma-

XXIII.

Tunc exercitium eſt ſaluberrimum, quando poſt factam primam & ſecundam coctionem corpus reducitur bis in die ante cibum ad conſuetum pondus.

XXIV.

Natatio ſtatim poſt exercitium violentum, mala: valde enim impedit perſpirationem.

XXV.

Exercitium violentum ubi ſpirat ventus, malum.

XXVI.

A vento adiapneuſtia: à motu acrimonia.

XXVII.

Equitatio reſpicit magis perſpirabile partium corporis ſupra lumbos, quam infra; inter autem equitationes tolutans ſaluberrima, ſicut ſuccuſſans inſaluberrima.

XXVIII.

Vectio in lectica, nec non in cymba, corpora minus diſponit ad debitam perſpirationem, quam deambulatio.

Cym-

XXX.

Magna differentia est in hoc genere Gestationis: & sunt currus quidam hodierni, qui ad Lecticat proxime accedunt: à vulgaribus verò non aliter, quam ab equo succussore, & cerebrum & renes, id est, imi lumbi male mulctantur.

XXXI.

In saltu primum spiritus inspiratus ad augendas vires valde comprimitur, mox idem extrà ejaculatur cum violentia; quo sanè coctum cum crudo vehementer expellitur.

XXXII. XXXIII. XXXIV.

Disci & Pilæ lusus, qualis in viridariis nostris amœnissimis Anglicanis habetur, optima sane exercitatio est: item Tripudiatio modica citrà saltum: hæ tamen omnes postponendæ sunt uni ambulationi omnium longe saluberrimæ: scilicet quod egregium sit perspirationis remedium, ubi in sanis defecerit.

XXIX.

Cymbæ & lecticæ motus si diu duret, saluberrimus, tunc solùm ad debitam perspirationem mirifice disponit.

XXX.

Vectio in curru omnium violentissima est: non enim solum perspirabile incoctum exspirare facit, sed etiam solidas corporis partes, & maximè renes offendit.

XXXI.

Salus primò vires ad intra trahit, deinde ad extra cum impetu propellit, & cum violentia coctum simul cum incocto expellit.

XXXII.

Disci exercitium compositum ex motu moderato & violento, deambulatione scilicet & agitatione brachiorum, perspirationi conducit.

XXXIII.

Tripudiatio moderata & sine saltu proxime ad deambulationis moderatæ laudes accedit: perspirabile enim coctum moderatè expellit.

Additi ab Auctore.

XXXIV.

Ubi perspiratio in sanis deficit, exercitio sarcitur.

XXXV.

Per fibras intellige vasa minima; *in quibus sunt etiam meatus glandularum minimi: horum quippe apertio, suaque integritate conservatio longævitatem præstat.*

XXXVI.

Vehemens sudatio præterquam quod vires debilitat, glandularum meatus præter modum laxat; unde ex eorum iterata contractione cutis fit rugosa.

DE VENERE.

SECTIO SEXTA.

I.

SEmen quidem genitale molestissimum esse potest, quòd quasi animatum quoddam sit; certe velut massa quædam supra fidem innumerabilium animalculorum: omnis autem vel levis corporis vexatio, si assidua sit, perspirationem impedit ex constrictione meatuũ.

XXXV.

A nimio exercitio fibræ fiunt durę, unde ſenectus, quæ eſt univerſalis fibrarum durities: hæc condenſando meatus calorem ſuffocat: mollities aperiendo longævitatem facit.

XXXVI.

Qui vult diutiſſimè juvenilem faciem conſervare, caveat ne ſudet: vel nimium præ calore perſpiret.

DE VENERE.

SECTIO SEXTA.

APHORISMUS I.

NImia abſtinentia à coitu, & nimius uſus, impediunt perſpirationem, ſed nimius uſus magis.

At immodica venus magnopere afficit, quòd de natura convulsionum sit.

II.

A debilitate partium, post immodicum coitum resolutarum, maxime cordis: quantum autem perspirationis, tantum virium, & sanitatis amittimus.

III.

Ex inguine stomachus præcipue patitur; malumque ab eo incipit, mox id transfertur in glandulas: at hæc omnia ex defectu virium à venere amissarum. Vide infrà plura ad eundem sensum Aph.10.14.15.

IV.

Igitur semen istud ejectum esse quid supervacaneum, atque salutare, pondus & agilitas indicant. Vide infrà Aph.9.

V.

In pleno concoctionis impedimentis istud quoque adjicitur: si tamen id jejunio fiat, cor, perinde at reliqui affectus gravissimi vehementer exagitat; unde perspirabilium etiam non supervacaneorum crudorumque diffatio.

VI.

Ista cordis perspiratio, nisi de universa corporis perspiratione intelligatur, non bene exposita est: quæ tamen ab ejus motu primario dependet.

II.

Poſt coitum immoderatum quarta pars ſolitæ pərſpirationis in pluribus prohiberi ſolet.

III.

Mala à nimio coitu orta mediatè à prohibita perſpiratione, immediatè à læſis concoctricibus dependent.

IV.

Cognoſcitur coitum profeciſſe, ſi à ſequenti ſomno nulla ſentiatur laſſitudo, nec ulla corporis mutatio facta ſit in gravitate, vel levitate.

V.

Diuturnæ venereorum cogitationes, modò gravius, & modò levius efficiunt corpus; gravius ſi pleno, levius ſi vacuo fiant ſtomacho.

VI.

Poſt nimium coitum cum muliere, quam maximè concupita, non ſentitur illico laſſitudo: animi enim conſolatio juvat tunc perſpirationem cordis, & auget ejus robur, unde in ipſo quod amittitur, promptius remittitur.

VII.

Ex abstinentia à venere corporis agilitas & mens erectior est; quòd idcirco perspiratio bene se habeat; an animalculorum propagatio, atque accumulatio, ex eorum perpetuis motibus, aliquid ad excitandum cordis vigorem conferant?

VIII.

Ex vehementi agitatione partium, si qua perspirata fuerint, ea cruda esse oportuit: frigiditas verò carnium oritur ex negata perspiratione insensibili; qua non solum humectamur ex omni parte corporis, sed quatenus ea aere quodam sulphureo & quasi flammeo miscetur, subinde calescimus. Vide infrà Aph. 38.

IX.

Vide suprà Aph. 4.

X.

Id est, à nimia venere ventriculus male concoquit, & refrigeratur eo sensu, qui suprà ad Aph. 8. expositus est.

Palpitationes autem sive isti insultus Nervorum oriuntur ex obstructis, ut arbitror, crudo quodam ac frigido succo crassescente meatibus glandularum, ad membra-

nas

VIII.

Propensi ad coitum si temperent libidinem, illico succedit corporis agilitas, quia tales melius perspirant.

VIII.

Immoderatus coitus facit perspirare cruda, quæ deinde carnes frigidas efficiunt.

IX.

Coitum non nocuisse, hæc indicant: urina æquè cocta ut ante, corporis agilitas, respiratio facilior, & idem fere corporis pondus perseverans; eadem tamen servata eorum quæ ingeruntur quantitate & qualitate.

X.

Præsens vulnus immoderati coitus est stomachi refrigeratio: futurum, prohibita perspiratio, unde facile fiunt palpitationes in superciliis & artubus, & deinde in membris obtinentibus principatum.

nas nervosve præcipue pertinentium; scilicet ut se eo liberarent.

XI.

Eadem ratio senes obligat esse continentes; quippe his multo tardior concoctio est; certe digestio per reliquas concoctiones; itaque difficilius restauratur, si quod perditum sit.

XII.

Scilicet ex pulsione violenta, antequam concoqui possit in perspirabile occultum; & si vis ea diu duret, ex toto corpore crudæ dissipantur, meatusque tandem obstruuntur: ipsaque alvus, ex defectu perspirabilis interni, minus humectatur, supprimiturque.

XIII.

Propter copiam & majorem acrimoniam genituræ, an ipsam potius viventem genituram dicam?

XIV.

Vide quæ suprà comprehensa sunt Aph. 3. & 10.

XV.

Perspirationir promptitudo ex violentæ constrictione coitus immoderati primo diminuitur; ex viribus verò resolutis ab ista ve-

nere

XI.

Coitus in æstate magis nocet: non quia corpus magis perspirat, sed quia coctio, cum sit minor, deperditum difficilius resarcitur.

XII.

In actu venereo multum crudi perspiratur, & si diu duret, cruda transferuntur à centro ad corporis ambitum, fiunt obstructiones, & inde alvus supprimitur.

XIII.

Quanto quis majori coeundi cupiditate conflagrat, tanto ejus usus immoderatus minus lædit.

XIV.

Coitus immoderati detrimentum præcipuè manifestatur post somnum sequentem; tunc enim ex Staticis experimentis cognoscitur perspirationem esse impeditam, & cibum esse male digestum, nec non stomachum valde læsum.

XV.

Coitus lædere solet primam coctionem, primo diminuendo perspirationis promptitudinem, deinde in crudam qualitatem convertendo cibum.

nere concoctio ventriculi frangitur. Igitur cruditas tandem à stomacho in glandulas transmissa obstructiones parit.

XVI.

At metus est, ne cum semen genitale de vasis in vasa moveatur; ne ipsa tandem illa vasa ex nimia repletione aliquo modo vitientur, vel acrimonia translatæ atque accumulatæ materiæ, vel intertitu animalculorum utrescentium.

XVII.

A motu tamen seminis ab omni parte Testiculi tumidi fiunt; cum autem istud semen accumulatum ex animalculis maximam partem constiterit, ideo in auras non est dissipabile. Neque alii ulli humores, non animati, perspirabiles sunt; etiamsi de penu suo semper aliquid insensibiliter evaporant; atque hæc radiatio vires dat. Verum si quando isti humores nimium effundi & sensibiliter dissipari contingant, corpus valde patitur; ex Urina Diabetes; ex bile in ictero incredibiles languores fiunt: ex pituita extrema macies; perinde ut ex inguine vehementer inanito non rarò Syncope.

XVIII. XIX. XX.

Ex insensibili perspiratione graviter impedita, Oculorum tunicas posse contrahi & corrugari verisimile est; nempe quædam vasa minima ad glandulas pertinentia marescere; alia vero multa, ob humores valde in-

XVI.

Qui coitu utitur, & ſperma non emittit, minus debilitatur. Itidem ſi die ſequenti utatur, & emittat quod die præcedenti fuit præparatum, minus debilitatur.

XVII.

Illi qui coeundo ſperma ex ſtudio non emittunt, in tumorem teſticulorum facile incidunt: ſpeſma enim eſt imperſpirabile.

XVIII.

Coitus immoderatus poſt ſtomachum, lædit magis oculos.

XIX.

Coitus immoderatus lędit viſionem, quia ab oculis ſubducit maximam ſpirituum copiam; inde tunicæ oculorum prædurę &

incrassatos lentosque, vix usui amplius esse, ad humectationem præstandam: at oculi præ reliquis corporis partibus undique stipati innumeris Glandulis maximam & perpetuam humectationem requirunt. Quid autem sibi vult ista spirituum copia, tanquam à materia insensibiliter dissipata distincta, prorsus equidem ignoro.

XXI.

Ex uno stomacho læso omnes facultates itidem læduntur; calorque partium tam internarum quam externarum diminuitur; nam ex concoctionum integritate (quarum & prima & præcipua est illa ventriculi) caloris fomes, ejusque accensio dispensatioque oritur.

XXII.

Nempe propter vitium stomachi, ex coitu immoderato labefactati.

XXIII.

Verum calor omnium partium unus est; isque ex bona concoctione continuo renovatur: ex eadem vero diminuta ad proportionem remissior est.

XXXIV.

Ex nimia Venere omnes facultates malè mulctari in confesso est: omnia autem ea mala ex læto stomacho, perspirationeq; diminuta proveniunt: ita & humores quique vitiari,

rugoſæ, nec non meatus minus prævii reddantur.

XX.

A diminuta perſpiratione fibræ tunicarum oculorum opaciores; inde viſio fit per ſpatia perexigua, qualia ſunt in cancellis: Specilla uniunt objecta in cuſpidem, ut diſtinctè per unum ſolum ſpatium videatur.

XXI.

A coitu immoderato diminuitur calor naturalis; à diminuto calore diminuta perſpiratio; à diminuta perſpiratione flatus & palpitatio.

XXII.

Coitus immoderatus poſtulat *cibos* paucos, & boni nutrimenti.

XXIII.

Coitus calefacit jecur & renes, quia excitatus calor minus exhalat: refrigerat verò ſtomachum, cerebrum & cor, quia per meatus patentiores excitatus omnino, & proprius aliqua ex parte propterea reſolvitur.

XXIV.

Hinc coitus immoderatus in hepate bilem, in renibus nephriticum affectum, in ſtomacho crudum ſuccum, in cerebro catarrhum, & in corde palpitationem & ſyncopen generat.

ri, & multiplicari possint; qualis est bilis in hepate; pituita circa fauces, pulmonem, & cerebrum; item nephritis ex renibus labefactatis, &c. Vide infrà Aph. 42.

XXV.

Quia edulia flatulenta novo impedimento sunt stomacho infirmato, unde cruditates ad glandulas transferantur; ex quo major ponderositas.

XXVI.

Macilenti ferè imbecilli sunt, quòd in infimis sanitatis limitibus sunt; ideo febriculæ opportuniores sunt, & amissis viribus frigidiores fiunt.

XXVII.

Vitalem spiritum dissipari, id est, vires corporis plurimum diminui ex vehementer propulsa perspiratione & superflui & necessarii: unde corporis mira levitas infra consultum pondus.

XXVIII.

Pone hoc etiam inter indicia malorum ex Venere. Vidr plura suprà Aph. 3. 10. 14. 15.

XXIX.

Cruda ad cor trahere absurdum est; at id debilitatur cum reliquis visceribus: imò longior præcipuè cor respicit, utpote omnis motus auctorem. Verùm si quantitatem humoris

vi-

XXV.

Edulia poſt nimium coitum ſi flatus gignant, ut oſtreacea & muſtum, perniciosa: impediunt enim ne ad conſuetum pondus corpora reducantur.

XXVI.

Macilentis magis nocet coitus, quia magis calefiunt, & magis refrigerantur.

XXVII.

Coitus immoderatus illico maximè leve efficit corpus, quamvis deinde perſpirationem prohibeat: eſt enim vehemens corporis & animi motus; corporis, quia omnia membra conquaſſantur: animi, quia reſolvitur quod colligat animum corpori, ſpiritus ſcilicet vitalis.

XXVIII.

Si poſt coitum ſomnus laborem facit, ex coitu major facta eſt ablatio, quam ex ſomno facta ſit vitalis ſpiritus additio.

XXIX.

Poſt nimium coitus uſum, ſomnus trahit cruda ad cor: unde languor, prohibita perſpiratio, ponderis augmentum.

Se-

visibilis in coitu amissi perpendamus, parvi sanè momenti esse videtur, nec à vigecuplo sanguinis missi tantum infirmatur. An itaque semen quatenus animatum, vigori nostro, & quomodo conducat?

XXX.

Quia in senibus tardius reficitur ista materia, quæ ejecta juvenes levat.

XXXI.

Verum ex facultatibus naturalibus aliæ, si quæsint, omnino dependent.

XXXII.

Vel sursum vel deorsum expulsa. Etenim ut concoqui nequeat à vitiato & infirmo stomacho; ita nec commode in venis circulari; neque tandem à glandulis dissipari.

XXXIII.

Coitus & cibandi distincta tempora servanda sunt; quoniam uterque perspirationem impedit.

XXXIV.

Præternaturalis quædam Nervorum tensio atque rigiditas ex nimia Venere cõtingere potest, ut damnum non protinus sentiatur, perinde ut in phreneticis: Verum in his malum ex perpetua quadam tensione continuatur; in illis verò peracta Venere mox nervi ferè resolvuntur, viresque labefactantur. Il-

XXX.

Senes ex usu moderati coitus fiunt ponderosiores & frigidiores: juvenes verò leviores & calidiores.

XXXI.

Coitus in juvenibus, animalem, vitalem & naturalem facultatem roborat; animalem per motum expurgat, & sopitam excitat; naturalem per evacuationem superflui; & vitalem per lætitiam.

XXXII.

Cibus copiosior solito, post immoderatum coitum, interimeret, nisi succederet aliqua ciborum corruptela.

XXXIII.

Dum est coeundum, parum vel nihil comedendum, dum est comedendum, parum vel nihil coeundum.

XXXIV.

Si post coitus excessum nulla persentitur lassitudo, malum id perinde ac in phreneticis fit ab incensis spiritibus, qui exiccando, brevi spatio, roborant nervos & tendines, sed paulo post imminuitur spirituum generatio; & vires derepente cadunt.

Coitus

XXXV.

Illud verisimile est, sperma humanum in adulta ætate, maxime propter victus hodierni fervorem atque acrimoniam, nec non copiam, retineri fere amplius non posse: ut nec fœminis sua menstrua, sed evacuari per se nocturnis pollutionibus: & quamvis ad ultimum vitæ terminum subinde gignetur, senibus tamen multo tardius & parcius, ut cavendum sit iis, ne consumatur: adeò omni ætate, sed maximè provectiore, valetudini conservandæ necessarium videtur.

XXXVI.

Vires jam infirmas amplius diminuit.

XXXVII.

Alvi autem fluor ex corruptela ciborum perspirabile retentum aliorsum divertit.

XXXVIII.

Ex coitu calor accensus, atque in glandulis retentus insensibili perspiratione eventilatur: attamen æquè verum est, ejusdem virtute nos incalescere. Non integra Glandularum concoctione & meatibus earum liberis perspirabile dissipandum, in quandam invisibilem flammulam accenditur. Ex uno autem alimento & humectamur.

Vide

Additi ab Auctore.

XXXV.

Coitus juvat excitatus à natura: à mente mentem & memoriam lædit.

XXXVI.

In debili ob coitum augetur corporis pondus: quia minus perſpirat.

XXXVII.

Coitus importunus impedit perſpiratum, quia diminuit vires: unde corpus fit majoris ponderis, niſi ſequatur alvi fluor.

XXXVIII.

Nimius coitus calefaciendo & exiccando magnam jacturam facit: ſi verò inſenſibili perſpirationes remittatur caliditas,& alimento ſiccitas, nullam.

Cor-

XXXIX. XL. XLI.

Vide suprà Aphor. 33. post somnum salu-berrimus, quia major tum perspiratio, & meatus minus apti sunt claudi.

XLII.

Viscera malè affecta humores acres & vitiosos gignunt. Vide suprà Ap. 23. 24.

DE

XXXIX.

Corporis agitatio in coeundo, instar canum, magis nocet, quam seminis emissio: hæc solum viscera, illa omnes nervos & viscera defatigat.

XL.

Usus coitus à cibo, & stando, lædit à cibo, viscerum officia divertit; stando musculos & eorum utilem perspiratum diminuit.

XLI.

Post motum, coitus insalubris; post cibum, non ita; post somnum, saluberrimus.

XLII.

Coitus calefacit jecur, & refrigerat stomachum; à stomacho, crudus succus; à jecore, bilis: unde porracea, & oris morsus. Remedio est victus tenuis & libera perspiratio.

DE

DE

ANIMI AFFECTIBUS.

SECTIO SEPTIMA.

I.

VIde infrà hujus Sectionis Aph.48. hilaritate atque ira cordis motus longè expeditior est ; ideo & perspiratio quoque facilior. Contrà timor & mœstitia cordis motum contrahunt, tardantque. Adde respirationem in illis æquabilem plenamque ; in his raram atque impeditam esse.

II. III.

Lætitia & ira ; ex majore cordis vi, omne perspirabile dissipant : in mœrore & timore cor fatiscit, tantumque quod levius est, evaporat ; unde ex obstructis glandulis ; crasso scilicet & incocto perspirabili, Melancholici fiunt. Vide infrà Aph.5. 27.

IV.

Iracundis, hilaribusque ex assidua tensione fatigationis sensus minor est ; mœrentibus autem est quædam tanquam partium resolutio.

Di-

DE

ANIMI AFFECTIBUS.

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMUS I.

INter affectus animi, ira & pericharia corpora efficiunt leviora. timor & mœstitia graviora: cæteri verò affectus ut his participantes operantur.

I I.

Mœrore & timore perspirat levius: ponderosius verò relinquitur; lætitia & ira utrumque.

I I I.

Hinc timentes & mœrentes facilè obstructiones, partium duritiem, & affectus hypochondriacos patiuntur.

I V.

Qui ira, vel lætitia afficiuntur, nullam in itinere defatigationem persentiunt; eorum enim corpora facile crassum perspirabile exhalant; quod non accidit, dum mœrore vel timore vexantur.

Per-

V.

Diximus Glandularum meatus esse perspirabili & itinera & receptacula: quod, cum concoctum sit, invisibilibus effluviis dissipatur; ut in lætitia, iraque: sin crudum crassumque ibi accumuletur, ægrè expellitur; ut in timidis, mœstisque. Vide infra Aph. 8.

VI.

Quo scilicet tempore cordis motus placidus, & respiratio plena atque æquabilis est. Vide infra Aph. 19.

VII.

Ex humore crasso & crudo, glandulis vasisque minimis impacto, membra indurescere apta sunt.

VIII.

Ex quodam circulo operantur; scilicet morbi corporis animum malè afficiunt; animique affectus corpus afflictant.

IX.

Nimirum ex sola invisibili perspiratione, tanquam ex flammula quadam tenuissima incalescimus.

X.

Ex accumulato imperspirabili crudo mœrore; cui si febris superveniat, ferè funesta; ob fatiscentem atque irritam perspirationem.

XI. XII.

Humores crudi, in glandulis tantisper re-

V.

Perſpirabile ponderoſum plus juſto retentum ad mœſtitiam & timorem : leve verò ad lætitiam vel iram diſponit.

VI.

Nihil magis reddit liberam perſpirationem quam animi conſolatio.

VII.

Mœſtitia & timore facilè membra humore referta dureſcunt.

VIII.

Mœſtitia & timor impediunt perſpirationem craſſiorem excrementorum perſpitabilium : & perſpiratio impedita à quacumque cauſa mœſtitiam & timorem facit.

IX.

Mœſtitia, ſi diu duret, carnes frigidas facit : impedit enim ne perſpirabilium craſſa & frigida portio exhalet.

X.

Hinc febris, quæ poſt longam mœſtitiam ſuboritur, ſudores frigidos, & ut plurimum lethales molitur.

XI.

Acrimonia perſpirabilis retenti ob mœ-

tenti, Salsedinem quandam urinosam ex putredine acquirunt; ita ipsa Urina, Sudorque acre quoddam atque ingratum spirant. Salsi autem istiusmodi humores, caloris æmuli sunt, ob glandulas leviter putà inflammatas. Cum vero ex contrario affectu novum perspirabile coctum glandulas subierit, vetus istud acre crudumque subinde expellitur. Igitur nec dubitare licet, quin dentur etiam medicamenta contra mœrorem: scilicet quæ sensus excitent, & perspirationem mirificè expediant. Vide infra Aph.17. 30. 31.

XIII.

Perspirabile retentum, ut acre, caloris sensum & febriculam movere potest: Cor tamen torpidum suoque motu labefactatum, simul horrore quodam nos & frigore afficere potis est.

XIV.

Quod Melancholia intus perpetrat in cordis motu sistendo, glandulasque crudo imperspirabili obstruendo, id aer cœnosus à paludibus putæ, extrinsecus efficit; scilicet primum glandularum cutanearum & pulmonum meatus constringit; quibus leviter præclusis, cor deficit à motu suo naturali atque æquabili.

XV.

Mœrentes quacunque de causa in lecto fere sese agitant insomnes; unde imperspirati malè se habent ob pondus retenti perspirabilis.

Sci-

ſtitiam commodè aufertur à pericharia; funduntur enim humores ſuaves, & deinde corpore pondus & acrimonia tolluntur

XII.

Ira & ſpes auferunt timorem, & lætitia mœſtitiam: paſſio enim animi non medicinis, ſed alia paſſione contraria ſuperatur; contraria enim ſub eodem genere.

XIII.

Non implicat, perſpirabile melancholicorum retentum eſſe frigidum, & acre ſeu calidum, tale eſt jecur hydropicorum febricitantium; frigidum videlicet reſpectu caloris naturalis, calidum reſpectu adventitii.

XIV.

Morbi à melancholia, & ab aere cæno-ſo in hoc conveniunt, quod immediatè oriantur à craſſitudine perſpirabilium retentorum: mœſtitia enim intrinſecus impedit ne exeat craſſum: aer cænoſus, extrinſecus.

XV.

Qui eunt cubitum cum mœſtitia, noctu minus perſpirant; atque die ſequenti corpora eorum conſervantur ſolito ponderoſiora.

XVI.

Scilicet ex accumulatione crudi imperspirati membra tandem extrema torpent; nec non ipsum denique cor, ex sanguine indies incrassescente, à motu suo æquabili deflectit.

XVII.

Igitur melancholia medicamentis curanda est: nam sunt quæ liberam perspirationem vehementer moveant.

XVIII.

Imò dantur quidam, quibus, ex corporis constitutione perspiratio naturaliter expeditior est; adeo neque ita mœrori opportuni sunt. Felix sanè temperamentum; atque hoc aliis diutius vivere aptos natos esse, credibile est.

XIX.

Vide supra Aph. 6.

XX.

Vicissitudo affectuum novas vires corporis dat; languetque adeo ipsa ira, nisi consolatione aliqua reficiatur; imò consolatione tam minus vegeta, perspirabile labefactatur, in ira denuò invigoretur.

XXI.

Immodici affectus, perinde ut venereum

gau-

XVI.

In meditationibus venereis cum mœstitia, excrementorum perspirabilium portio crassa retinetur: quæ, evolante tenuiore, adhuc crassior fit: hæc si colligatur, ferè invincibilem inducit frigiditatem in capite, palpitationem curatu difficilem in corde, vel aliis membris.

XVII.

Melancholia duplici via superatur, vel libera perspiratione, vel aliqua continua animi consolatione.

XVIII.

Si post mœstitiam corpora fiant leviora, quàm post lætitiam, id ex necessitate fit, vel ob minorem ciborum quantitatem, vel ob eorum qualitatem magis transpirabilem.

XIX.

Animi consolatio, quæcunque de causa fiat, aperit meatus, & largam perspirationem facit.

XX.

Si post iram statim sequatur animi consolatin, vel viceversa, corpora data paritate corum quæ ingeruntur die sequenti fiunt leviora, quam b sola ira vel lætitiæ perseveraret.

XXI.

Sicut magna aliqua voluptas auferetur per

gaudium, à perſpirabili diſſipato tolluntur.

XXII.

Quemadmodum timor & mœſtitia à craſſis ſuis excrementis, ſic ira & hilaritas à tenuibus evaporatis auferuntur. Nam humores perſpirabiles ſive craſſi ſive tenues, ſuprrvacanei ſunt, & quæ quis excernere oporteat.

XXIII.

Id quod etiam apparet ex ſumma temperantia in victu, cælique mutatione: item ex hilaritate naturali populorum regionum tepidarum, non obſtante Tyrannide, & miſera eorum paupertate.

XXIV. XXV.

Ex vehementi cordis agitatione, qualis accidere ſolet ab immoderata lætitia, corpus ſolito ſuo pondere diminuitur: nam ita humores ſuperflui atque utiles quoque perſpirant; ex placido verò ejus motu tantùm ſuperfluum inſenſibiliter exigitur; ita munia naturalia commodius expleri poſſunt.

XXVI.

Gaudium improviſum vehementius quidem cor movet, atque adeo perſpirationem copioſiorem exigit, quàm prævisum; iſtos tamen ſpiritus perſpirabili tertiæ concoctionis prorſus ignoro.

Id

exiguam ſpermatis evacuationem; ſic omnes alii immoderati animi affectus per aliquam evacuationem perſpirabilium poſſunt diminui & auferri.

XXII.

Timor & mœſtitia, ut ex Staticis colligitur, per evacuationem excrementorum craſſiorum perſpirabilium: ira & pericharia per tenuium auferuntur.

XXIII.

Si quis ſine cauſa ſentiat ſe hilarem, id à magis aperta perſpiratione fit, & ejus corpus die ſequenti minoris ponderis invenitur.

XXIV.

Lætitia moderata inſenſibiliter evacuat ſolum ſuperfluum: immoderata ſuperfluum & utile.

XXV.

Moderata juvat coctrices facultates: natura enim non gravata ſuperfluo longè melius ſuorum officiorum munera explet.

XXVI.

Improviſum gaudium magis nocet, quã præviſum; non enim ſolum movet exhalationem excrementorum tertiæ coctionis, verum etiam ſpirituum vitalium, prævi-ſum verò excrementorum tantum.

XXVII.

Id est, & quod crudum, & quod coctum sit. Vide suprà Aph. 2.

XXIX.

Somnus est quædam cessatio constrictionis partium: Lætitia autem non statim cor dimittit, ut sui juris sit, maximè si duret.

XXVIII.

Male explicatur: nam cor & cerebrum per se privatim non evacuantur, sed ope reliquorum viscerum glandularumque totius corporis.

XXX. XXXI.

Vide suprà Aphor. 11. 12. 13. Selinum *diureticum est, & sudorem movet. At malè intellexit Legumina; utpote quæ venereæ sunt, & vehementer perspirationem movent; sed de medicamentorum facultatibus parum constat; ut rectè Celsus.* „ *His variè Me-*
„ *dici utuntur, ut magis, ut quisque per-*
„ *suaserit sibi, appareat; quam quid evi-*
„ *denter compererit.*

XXXII. XXXIII.

Meatus glandularum ab iræ vehementer evacuantur; nam iste animi affectus tam de utili quàm de superfluo perspiratio consumit: per cavos autem meatus intelligo, quibus ferè nihil supereſt perspirabilis. Subita autem ista repletio, certè non statim cibatis, ex uti-

XXVII.

Lætitia & ira auferunt è corpore, quod ponderat & levitat; mœstitia & timor solum quod levitat: quod ponderat vero, relinquitur.

XXVIII.

Lætitia perseverans per multos dies somnum impedit, & vires dissolvit.

XXIX.

Si quis post moderatam lætitiam sentiat se leviorem, id non oritur principaliter à totius evacuatione, sed à cordis & cerebri, ubi quod evacuatur est, mole minimum & virtute maximum.

XXX.

Edulia, quæ aperiunt, gaudium, quę vero impediunt perspirationem, mœstitiam movent.

XXXI.

Selinum, & cætera aperientia, gaudium: legumina, carnes pingues, & cætera incrassantia, & statim replentia meatuum cavitates, mœstitiam inducunt.

XXXII.

Si evacuenter cavitates meatuum, & deinde statim repleantur, rectè dixit Hipp. malas animi passiones fieri.

XXXIII.

Quibus prædominatur ira, exercitium

utili & neceſſario ſanguine fieri debet.

XXXIV.

Plurimi in remotioribus & montoſis Angliæ locis magnæ ætatis reperiuntur, fortuita quadam ſed conſtanti victus regula obligati; his ſuis bonis contenti, & corpore & animo quieſcunt: ut his nunqcam cavi ſint meatus, nec malæ paſſiones fiant.

XXXV.

Exercitium corporis pulmones præ cæteris; animi verò agitatio ipſum cor maximè afficit, unde totum magis perſpirat.

XXXVI. XXXVII.

Ita jactitatio corporis in lecto diutius animum afflictat; nam cum corpus magnopere ſomnum deſideret, per animum dormire non iicet. Iſtud verò internum ſubjectum animus eſt, qui ſpermati aſſimilatur non infacetè.

XXXVIII. XXXIX. XL.

Immodicum corporis motum quies ſedat; at vehemens animi affectus, etiamſi ſedatus videatur, tamen uſque cor irrequieto motu perturbat, ut diu ſit, antequam ad motum ſo-

immoderatam valdè nocet ; citissimè enim illorum meatus fiunt cavi, & magno impetu replentur ; Unde Hipp. in biliosis fricationes & palæstram vituperat.

XXXIV.

In otioso corpore & animo, meatus non redduntur cavi, nec malæ animi passiones fiunt.

XXXV.

Corpus quiescens magis perspirat, & minoris ponderis fit, si animo vehementer agitentur, quàm si celerrimè corpus moveatur, animo permanente otioso.

XXXVI.

Mutatio corporis diutius alterat animum, quam ipsum corpus.

XXXVII.

Passiones animi versantur circa internum subjectum, quod magis movet, quam movetur, quippe mole minimum & virtute maximum, ad instar seminis ; quodque vario modo dispositum perspirationis, seu gravitatis & levitatis est origo.

XXXVIII.

Corpora, quæ perspirant plus solito, non propter motum corporis, sed propter vehementem aliquem motum animi, majori cum difficultate ad solitam & salubrem perspirationem reducuntur. Ma-

solitum redeat, & sui juris sit: perinde ut de mare, tempestate vexato observatum est; nimirum etiamsi ventus cessaverit, tamen per aliquot dies fluctibus tumet.

Principium vitæ animus est; idque in plerisque insectis evidens est; nam iis imperium datum est super naturales quasque facultates; scilicet concoctionem, cordis motum, respirationem, perspirationemque, quas quidem omnes sistere vel ex toto possunt, vel certe longo tempore, plurimum putà mensium, & quandocunque libuerit; nobis autem sine animi motu atium corporis funestum est.

XLI.

Melancholicis, quo nonullus vehementior est animi affectus, ex opio data somnus ægre conciliatur: & si quando sequi videatur, is falsus est, & fere pernicioſus, ut non rarò e simplici melancholia ægros ad insaniam redigat.

XLII. XLIII.

Ita ut ex continua hilaritate cordis motus quidam inordinatus propter excessum pulsus oriatur: ex modica verò pulsus temperatior,

XLIV. LXV.

Studium cum affectu cor extinat: affectuum ag-

XXXIX.

Magis nocet nimus animi affectus quam nimius corporis motus.

XL.

Corpus marcesceret, & otio periret sine animi motu: sed non vice versa.

XLI.

Motus vehemens animi differt à motu vehementi corporis; hic quiete & somno; ille nec quiete nec somno cessat.

XLII.

Qui vehementer ludo-lucrari cupiunt, non ludant; quia si semper vicerint, ob pericharіam ducent noctes insomnes, & tandem coctorum perspirabilium exhalationem amittent.

XLIII.

Victoria moderata salubrior, quàm glorіosa.

XLIV.

Studium in affectum animi mutatione diu-

autem mutatio sive vicissitudo cor ad motum quendam naturalem & temperatum, si ex aliqua parte excesserit, reducit. At ex motu cordis perspiratio recte aut secus procedit.

XLVI. XLVII.

Atque hic quoque alicujus affectus excessus intelligitur, ut in superiore Aphorismo exponitur.

XLVIII.

Lætitia cordis motum excitat; mœror & tristitia tardat.

FINIS.

diutius toleratur, quam sine affectu vel sine affectuum mutatione; perspiratio enim fit moderatior & salubrior.

XLV.

Studium absque omni affectu vix horam perseverat; cum unico affectu vix quatuor horas; cum affectuum mutatione, ut in ludo alearum accidit (in quo modo gaudium ob lucrum, modo mœstitiam ob damnum experiuntur) die noctuque perseverare potest.

XLVI.

In omni studio perennis tristitia bonam cordis constitutionem evertit, & excessus lætitiæ somnum impedit; omne enim nimium naturæ inimicum.

XLVII.

Nunc hilares, nunc mœsti, nunc iracundi, nunc timidi, perspirationem magis salutarem habent, quam qui unico, licet bono, semper gaudeant affectu.

XLVIII.

Lætitia Diastolem & Systolem efficit faciliores: mœror & mœstitia difficiliores.

APhorismi qui continentur in libro Staticæ nostræ, aliquot jam per annos in lucem edito, veritate comprobantur ex usu istius Sellæ.

Ex qua duo beneficia colligimus, Primum,

mum, quanta quotidie fiat corporis noſtri perſpiratio inſenſibilis, qua non recte perpenſa, vana fermè redditur Medicina; namque ob juſto pauciorem vel largiorem perſpirationem, omnes fere malæ valetudines fieri ſolent.

Secundum, in hac Sella ſedendo, facilè inter comedendum animadvertimus, quando pervenimus ad debitam cibi & potus quantitatem, ultra vel citra quam lædimur.

Sella accommodatur, ſicuti in hac figura apparet, in qua Statera ad tigna ſupra cœnaculum in loco abdito eſt appenſa, propter proceres, quia cubiculi gratiam tollit; ac propter indoctos, quibus omnia inſolita videntur ridicula: Sella vero digiti interſtitio à pavimento elevata, manet ſtabilis, ne facile quaſſari poſſit.

Dum igitur ob cibum ingeſtum ad debitum pondus & menſuram antea præſcriptam devenimus, tunc Stateræ extrema pars paululum attollitur; ac una Sella illico paululum deſcendit: Hic deſcenſus eſt ille, qui ſtatim admonet ſedentem ad debitam ciborum quantitatem perveniſſe.

Quęnam vero ciborum ſalubrium quãtitas ſeu pondus unicuique conveniat, & quanta in ſingulis corporibus debeat eſſe perſpiratio inſenſibilis, quæ per Sellam commode perpenditur, *ex lib. noſtro* de *Statica Medicina* quiſque facilè intelliget.

F I N I S.

GEOR-

GEORGII

BAGLIVI

PHILOSOPHI, ET MEDICI.

CANONES

DE

MEDICINA SOLIDORUM

AD

Rectum Statices Usum.

DE

MEDICINA SOLIDORUM

Ad rectum Statices usum.

CANON I.

STATICEN corporis habere sine Statice mentis ad benè medendum, benèque vivendum est inutile. Æquilibrium inter mentem, & corpus à Medico inveniundum: mentis per Staticen *Philosophiæ* moralis; corporis per *Sanctorii* Staticen. Quippe in horum æquilibrio sanitas, & vita.

II.

Animi motiones, corporis motus variè afficiunt, & mutant in melius, vel deterius: ut nobis magnus, Testis est Sanctorius. Quare qui Staticen motionum animi per moralis Philosophiæ Canones ad Staticen motuum corporis Sanctorianam dirigere, atque accommodare non noverit, diu, & salubriter vivere non noverit.

Qui

III.

Qui mente agit ſupra vires corporis, ægrotat corpore: animoque ob moleſtam morboſi corporis diuturnitatem indignato, animo tandem ægrotabit: Hinc melancholici, maniaci, impatientes, iracundi, ſimilibuſque animi affectionibus laborantes evadunt, qui ſupra vires, temperiemque corporis, animum nimis abſtrahunt cogitatione. At verum etiam eſt, mentem affectus corporis per Staticen moralis Philoſophiæ corrigere, atque moderari poſſe, ſi velit, & ſciverit. Quanta autem ſit poteſtas, & vis animi motuum, in perſpiratione variè turbandâ, ex ſequentibus Sanctorii aphoriſmis certò conſtabit.

Duo ſunt exercitia. alterum corporis, & alterum animi, corporis evacuat ſenſibilia excrementa; animi inſenſibilia magis, & præcipuè cordis, & cerebri, ubi ſedet animus; lib. 5. aph. 14.

Nimia animi quies magis prohibet tranſpirationem, quam nimia corporis; libr. 5. aph. 15.

Exercitium animi, & corporis violentum reddit corpora levioris ponderis, efficit velocem ſenectutem, & mortem præmaturam minatur: citius enim, ex Philoſopho, moriuntur exercitati, quam non exercitati; l. c. aph. 19.

Miran-

IV.

Mirantur multi, Medicos intemperatè vivere, tamen sanè vivere. Staticen Sanctorii in usum sex rerum nonnaturalium quotidie adhibent, & sanè vivunt. Quæ artis arcana in insanum pandere vulgus, nefas est: nam Medicis hodiè minor quam par est reverentia, & minora meritis præmia. Quod ad me attinet, certè semper:

Odi profanum vulgus, & arceo.

V.

Sicuti conservatio sanitatis instituitur detractione eorum, quæ exuberant; & eorum additione, quæ deficiunt, habita cognitione per Staticen occulti perspirabilis uniuscujusque. Ita & morborum curatio per easdem dirigetur regulas, sive de proximis, sive de prochatarticis eorundem causis differatur.

VI.

Mirantur multi, sobrios, & temperatos homines, nec diu cæteris vivere, nec salubriter, imò sepè vità tolli de repente. Sanctorii Staticen ignorant, nec salutis navim in continuâ sex rerum nonnaturalium tempestate positam per solida ejusdem præcepta regunt optimè, ac ducunt; hinc mors præpropera, vel insalubris vita. Quod Medicis tam facile non contingit, quia Statices sunt periti.

Fal-

VII.

Fallitur ignarum vulgus, ſi credit æſtate morbos vehementius lædere, atque vagari frequentius ob nimiam in æſu fructuum intemperantiam: ægrotant potius homines, quia inſenſibilem tranſpirationem æſtate copioſiorem aurâ frigida, diu vel noctu incautè ſumptâ repente deprimunt, atque coercent: hinc ſtatim febres, catharri, tuſſes, diarrheæ, aliique per æſtatem morbi: Quod vulgus ignarum, & Medici rudes cauſis longè remotis tribuunt, quia Statices imperiti.

VIII.

Notitia ſolidorum variè oſcillantium, & liquidorum vario motu currentium per corpus animatum, ad doctrinam Statices ritè percipiendam maximè conferunt.

IX.

Si Sanctorio doctrina circulationis nota fuiſſet, quam minori incommodo, ac feliciori auſu Staticen ſuam conſcripſiſſet?

X.

Statice Sanctorii, & circulatio ſanguinis Harvejana ſunt duo poli, quibus univerſa regitur veræ Medicinæ moles, hiſce inventis reſtituta, & confirmata: reliqua potiùs illam exornant, quam au-

gent;

gent; præcipuè quando de oraculo naturæ pronunciata non sunt.

XI.

Qui bene noverit æquilibrium inter solida oscillantia, & liquida currentia, morbos quamplures rectè curare noverit. Quique insensibilis transpirationis modum, & quantitatem cum aliorum excrementorum fluxu, atque copia ritè comparare, & æquilibrium, proportionemque invenire sciverit; tutò vel in difficillimis morbis remedia præscribet.

XII.

Aer Romanus sua vitriolico-aluminosà natura noxius est stomacho, & pulmonibus: pulmones inficit immediato contactu per respirationem: Stomachum verò per salivam in ipsum ex palatinis, & aliis ex ore glandulis destillantem.

XIII.

Ob id Romanī præ aliis populis pulmonum, & stomachī morbis frequenter, & graviter afficiuntur. Stomacho sunt debiles, non benè digerunt, nec nimium voraces sunt; dentium visciditate, atque immunditie aeris virio laborant. Ex iisque sic affectis, aut stomachī debilitas arguitur hoc in aere familiaris; aut si fortis ille sit, neglecta dentium cura, in ipsorum nitore conservando, atque tuendo. Dentium curam habeto, ut bene

ne digeras, & diu vivas: Laxatis dentibus, laxantur & Chyloſeos. Officing: hinc mille malorum occaſiones.

XIV.

Qui quotidie ſordidos, viſcidoſque dentes habent, licet eos quotidie abſtergeant; ii ut plurimum ſunt ſtomacho debiles, malè digerunt, ore fætent; poſt prandium capite dolent, mæſti ſunt, atque debiles: & ſi ſtudiis, atque negotiis eo tempore dent operam, iraſcuntur, impatientes fiunt, capiplenio cum dolore corripiuntur; ad venerem minus proclives ſunt: generaliter enim ſtomacho debiles, venerei non ſunt, imo potius frigidi, & impotentes. Potionibus Cafè, Thè, Cocolatæ, ſimilibuſque liquidis ſtomachum recreantibus, ſtatim veluti in ſe redeunt, & ſanantur, deleta malorum nubecula, culpa ſtomachi in caput delatà. Frequentiſſimum id eſt in negociosà Urbis vità, ſive acris, ſive aulicæ vitæ culpà.

XV.

Qui nitidos dentes habent, & ore benè olent, benè etiam Chylum præparant in ventriculo. Exemplo ſint Canes, quorum dentes nitidi, ac elegantes, & voracitas incredibilis, ob præpotentem acidi gaſtrici vim, & ob id optimam chyloſin. O quantæ ducuntur inde ad

mor-

morbos benè curandos indicationes?

XVI.

Qui munditiem, & nitorem dentium curæ habent, gingivas obtinent solidas, & hac de causà incredibilem dentium fortitudinem; quorum robur à gingivarum robore pendet, & firmo iisdem coalitu. Cadunt enim dentes, relaxatà gingivà, aut erosa. Laxatur ab immunditie, & inquinatione dentium. Eroditur autem ab acrimonià salina liquidorum currentium ad contactum.

XVII.

Qui rebus calidis, dulcibusque nimium utuntur, & acido--acri sunt temperamento facilè, & ante tempus laxitate dentium afficiuntur. Baccho, Veneri, rebusque acidis, atque salinis nimium indulgentes, quam male dentibus ægrotant, orisque fætore. Nitor, & munditia dentium aut sobrietatis indicium est, aut bonæ chylosèos, aut debitæ in munditia conservanda diligentiæ.

ATENEO VENETO VENEZIA

XVIII.

Animi passiones diuturnæ, negotia gravia, curæ molestæ, studia post pastum, & vehementes animi contentiones, inquinationem dentium pariunt primò, deinde laxitatem eorundem, cariem, dolorem &c. Dictis de causis stomachi vis in digestione peragenda labefactatur; hujus-

que in ſtomacho affectionis indicia per ſaporem linguæ mutatum, ſordidam dentium viſciditatem, gingivarum laxitatem, oriſque fœtorem manifeſtantur. Si vis de digeſtione uniuſcujuſque optimè diſſerere, reſpice dentes. Nitor, & elegantia ipſorum, bonam; inquinatio, & labes malam ſignificant chylificationem. Non negaverim tamen, inquinationem illam ſæpe naſci à neglecta dentium cura: quæ revera à quovis urbano homine poſt ciborum uſum, atque poſt ſomnum negligi non debet; ne culpà corruptorum, & ſordidorum dentium in malas incidamus digeſtiones: prima enim digeſtio in ore fit, & primum, ac Princeps digeſtionum menſtruum ex opinione noſtra, Saliva eſt; Saliva nobile liquidum potenter ſolvens, & penè dicam anima ſtomachi. Anima digeſtionum.

XIX.

Uſu calidorum, acrium, aromaticorum calli pedum ſummoperè dolent, & exacerbantur: Et quando hi ſine cauſa dolent; ſignificant latentem apparatum regnare in liquidis acrium, acutarum, pungentium, ſalinarumque particularum. Regnant autem acria hæc in ſanguine, vel ob uſum antecedentem acrium eſculentorum, & potulentorum; vel ob ſucci nutritii atque ſpirituum in ſangui-

ne

ne inopiam, consumptionemque, veneris causà, aut nimiæ exercitationis mentis vel corporis, vel quod frequenter succedit culpa prohibitæ transpirationis Quod de callorum dolore monui, dicas pariter de dolore dentium repente orto sine causa. De catharro, ac sternutatione ob exiguum susceptum frigus, vel auram nocturnam. Hæc nos experientia docet, & continua animadversio naturæ, atque notatio. Et sicuti ex naturæ motionibus ars conficitur, ita ex iis, quæ in arte rectè, malève fiunt, conveniens, aut inutilis naturæ motus intelligi potest.

XX.

Mors naturalis venit ob ariditatem, exiccationemque solidorum; & salsedinem, atque vappiditatem liquidorum; solidis medetur balneum tepidæ; liquidis verò insensibilis transpiratio, & cibus boni succi sobriè sumptus, atque quantum naturæ tenor in senectute relaxatus, exposcit.

XXI.

Via regia est à cuti ad alvum, ab alvo ad cutim: mutuæ sunt & humorum & morborum per eas successiones. Torminosa ventris desinunt in dolorifica articulorum, & è contra. A vesica ad alvum, ab alvo ad vesicam sunt pariter

succeſſiones, commutationeſque; hic tamen ob vicinitatem; illic verò ob liquidorum omnium generalem quandam, & communem per univerſalia illa filtra deſpumationem. Hinc optimè Hippocrates magnus 6. epid. ſect. 3. & alibi: *Alvi laxitas, cutis denſitas: cutis raritas, alvi conſtrictio.*

XXII.

Qui nimium replentur cibis, ſi poſtea benè dormiant, benèque per ſomnum tranſpirent; non ità facilè ob nimiam repletionem ægrotabunt, ſicuti ægrotarent ſi non dormierint, & non tranſpiraverint. Inter cæteros exemplo ſint Medici, quorum vita perpetua eſt militia, mortis imagine perpetuò afflicta: vivunt tamen ſine morbis, quia ſomni, & tranſpirationis curam habent continuam; ſomni ad benè digerendum; tranſpirationis verò ad excrementa digeſtionum benè deſpumanda.

XXIII.

Qui ocioſam, vel negocioſam vitam cum Statice Sanctorii ritè accommodare ſciverit, rarò ægrotabit, & ſecurus erit longævitatis: Moleſta quidem hæc medica vita eſt; ſed quantum dulcis ſancte Deus, & immortalis?

XXIV.

Quæ de acido, & alchali, de Archæis,

chæis, de Nitro--aereo, de acido Pancreatis morborum Domino, similibusque hypothesibus garriunt medici, sunt cognitiones nimis abstractæ, & generales ad morborum naturam investigandam, & removendam. Quæ verò ex Statice Sanctorianà liquidorum, excrementorumque: nec non ex æquilibrio solida inter, & liquida, aliisque fibrarum effectibus petuntur; e naturæ libris prodeunt, ejusdemque oraculo confirmantur.

XXV.

Frustra curas chronicos, aut acutos morbos per purgantia, Diaphoretica, Diuretica, aliaque id generis, nisi solidorum, & liquidorum naturam ad rectum ordinem reducas. In chronicis fibrarum laxitas in pristinam restituenda soliditatem; in acutis verò crispatura, & ariditas earundem, quibus liquidorum cursus variè intercipitur, atque turbatur. In utrisque enim liquida promptè current, si solida sint intenta, quantum necesse est. Si tamen culpà sui liquidum non currit, eidem tantummodò medendum.

XXVI.

Dogma generale: *Qui male digerunt; male transpirant.* Perspiratio insensibilis excrementum est tertiæ coctionis. Qua-

re ſi benè non fiat prima coctio in ſtomaco, nec etiam bona erit tertia in partibus: errata enim primæ digeſtionis non corriguntur à ſecundà, & tertià. Duo itaque præ aliis ſunt Medico cognitu neceſſaria, primò accurat a methodus curandi febres. Deinde doctrina ſolida de curandis ventriculi, & proximi meſſenterii morbis. Quæ ſi negligantur, vel ocitanter, aut leviter tractentur, Dì boni quam fœcunda errorum ſoboles inde naſcitur, et peſſimorum morborum periculoſæ naſcuntur ſucceſſiones?

XXVII.

Qui rigidà, & indebità diætà inſulsè utuntur, incidunt in morbos, in quos per extremè tenuem victum incidere non poſſe credebant. Stomachus enim plenus, & vacuus æquè minuunt perſpirationem: plenus eam divertit per ciborum corruptionem; vacuus eam trahit oſcillando, ut impleatur: eàdem ratione quà vomitus perſpirationem impedit, aut divertit, trahendo ad interiora perſpirabile. Quis hæc crediderit, niſi Sanctorii Statice nos hæc doceret? Quare æquè noxius eſt nimius cibus, ac extrema diæta; ſed magis hæc, quia partes defraudat debità reſtauratione, in quà conſiſtit vita.

Per-

XXVIII.

Perſpectam habere velle mechanicen, quà agunt medicamenta in curatione morborum, difficile eſt; niſi habeatur notitia Statices Solidorum, & Liquidorum, cognitioque æquilibrii, virium, & reſiſtentiarum inter ipſa; nam quæ de primis remediorum qualitatibus circumferuntur in Scholis, figmenta ſunt. Vis, & poteſtas remediorum in motu, figura, & pondere ſuorum minimorum reſidet magis, quam in pompa qualitatum, & jejuna, atque arida ipſarum activitate. Quod etiam de rerum generatione, corruptioneque hoc anno 1704. Auditoribus ex Cathedra in hoc Archilyceo dictavimus.

XXIX.

Non benè conveniunt *ſimul* indicationes irritandi eodem tempore ſolidum, & laxandi liquidum, ut faciunt Scioli Medentes; eodem tempore veſicantia, fricationes, ſinapiſmos, uſtiones candenti ferro, vellicationeſque præſcribendo in ſolidis; & potentia diaphoretica, emetica, aut purgantia in liquidis. Hæ binæ vividæ, atque potentes oſcillationes in utriſque diſponunt rem ad ſtrangulationem, concretionem, ſuppreſſionemque liquidi, morbique incrementum magis, quàm declinationem *ejuſdem*. Æquilibrium, & proportio intercedere de-

bet inter ſolida ad oſcillandum, & liquida ad undulandum. Utraque eodem tempore in extremo gradu conſiſtere nequeunt ſine vitæ diſcrimine. Dictum id eſto pro apoplexiis, catharris ſuffocativis, ſcirrhis viſcerum, falſa gravidatione, ſive mola uteri convulſiva, interniſque chronicorum morborum circa viſcera concretionibus: in quibus *Dì boni*, quanta, & quàm vehementia intùs, foriſque imprudenter eodem tempore propinant remedia ſcioli Medentes.

XXX.

Quantùm doleo, quando video Medicos violentis, acutiſque Diureticis urinam movere velle in chronicis, aliiſque ex infarctu meſſenterii, obſtructiſque viſceribus, productis morbis; urinam tamen non venire, ſed magìs ſupprimi; & ſi venit, ejicitur quod ejici non debet, immò cum ægrotantis incommodo. Cùm ipſe urinam moveam copiosè, in his caſibus (taceo de morbis qui ſedem habent in ſanguinis maſſa, in quibus juvare poterunt Diuretica) non Diureticis, ſed purgantibus, ex pilulis, electuariis, & apozematibus ſolutivis per intervalla datis, & mihi notis. Quod de urina dico, de ſudore quoque, aliiſque evacuationibus ſentio. Libertas in curſu liquidorum, debitaque in ſolidis laxitas

ad

ad ſecretiones liquidorum neceſſariæ ſunt primò, deinde noxiorum evacuatio. Quique horum ignarus eſt, veram praxeos cognitionem ignorat. Ex ſi quis dixerit, credis nè Diureticis Baglive? Credis quantum Medicorum vulgus? Reſpondeam, minimè. Quare non? Reſpondeam, ipſe ſcio, & opportuno tempore aperiam. Et ſi quis obſtinatè crediderit Diureticis, more quo vulgus Medicorum tumultuariè, & oſcitanter iiſdem credit; & more pecudum, non qua cuadum, ſed qua itur in morbis ea indiſcriminatim præſcribit, ignorantiæ Medici, pœnas luet miſer ægrotus. *Sapienti pauca.*

XXXI.

Qui Staticen Solidorum oſcillantium, & Liquidorum currentium, vel traditam ab aliis, vel à nobis in libris de Medicina Solidorum, ſive de Fibra Metrice, & Morboſa explicatam poſſidet: ipſam Sanctorii Staticen, atque clavem plurium difficilium morborum naturam reſerandi, tollendique poſſidet. Rectè itaque ſcripſit Divinus Senex lib. de Diebus Judic. num. 1. *Magnam artis partem eſſe arbitror de his, quæ rectè ſcripta ſunt, poſſe conſiderationem facere, ac judicare; qui enim hoc novit, & his utitur, non videtur mihi in arte multum falli poſſe.*

XXXII.

Quid confert populares quaſpam, & vanas inſani vulgus regulas ad vivendum ſalubriter tenere, atque adamuſſim obſervare? uti eſt aquam bibere magis, quàm vinum poſt ficus. Ficus nominare calidos, melones frigidos. Lactucam, & id generis olera aceto, & oleo condita in fine potiùs, quàm inter initia paſtus edere; ſimileſque nugas memoriâ tenere. Si ſolida immortalis Statices præcepta per ſex rerum nonnaturalium examen demonſtrata, & confirmata rectè non teneas? Illa ſunt figmenta vulgus delirantis, verbaque otioſorum Senum ad imperitos Juvenes; hæc autem naturæ docentis oracula, ſuorumque librorum perpetui characteres.

XXXIII.

Æſtate ſudore madere, & auram frigidam captare, peſtis eſt. Manant vi caloris æſtivi copioſa ad cutim effluvia, & omnia liquida ad ipſam undulant cum impetu: aura frigida ſuperveniente ſiſtuntur, & ad interiora reflectuntur; hujuſque perpetui refluxus causâ ſtatim veniunt febres, aut catharri, laſſitudines, diarrheæ, eryſipelata, & mille morbi graves, qui per æſtatem vagantur. Præterea qui æſtate nimiùm ardent

pro-

propter calorem externum, vel minùs, aut impatienter calorem æstivum ferunt: aut plenitudine humorum laborant, aut calido prædiți sunt temperamento: qui verò temperatè se habent, & calorem ferunt, contrariam prædictis naturam obtinent, & contrariam ad morbos dispositionem.

XXXIV.

Æstate fructuum æsus, & tuendæ insensibilis transpirationis neglecta cura, sunt causa malorum: sed major pestis ab insensibili transpiratione suppressa per auram frigidam noctu diuque captatam. Quod profanum vulgus, Gancones, & insipidulæ mulierculæ credere vix possunt; credent tamen cùm sentient morbi flagellum.

XXXV.

Qui sunt valetudinarii, sanitate infelices, asthmatici, & naturâ debiles ob morbum, æstate beneficio copiosioris transpirationis, salubriùs vivunt: hyeme verò vix incipiente statim ægrotant transpiratione cohibita. Hyeme ad præservandum, præter sobrietatem, tenuitatemque victus, purgationes mediocres per intervalla juvabunt, æstatisque transpirationem compensabunt. Hac etiam de causa scabies, morbique cutis quamplurimi circa solstitia hyemis incipiunt, aut vigent.

XXXVI.

Si autumno vigeat apparatus calidorum, salinorum, & acrium humorum; deinde supervenit hyems frigida, & nimium aquilonaris; hyeme, vel circa ver vagabuntur morbi pectoris acuti, scabies, ophtalmiæ, febriculæ catharrosæ, similesque, vel alii affectus, citiùs, aut tardiùs, prout æger complexione validus erit, aut debilis, magis, minusve sobrius, & visceris alicujus intemperie affectus, vel non.

XXXVII.

Qui sobriè non vivunt, cibisque mali succi nimiùm utuntur, debitamque salutis curam quotidie non adhibent, ac deniquæ liberæ, et copiosæ transpirationis beneficium non obtinent ob cutim naturaliter nimis densam, nec facilem ad sudandum: si morbis corripiantur, vel lethaliter ægrotant, vel chronicè. Imbibitâ namque massâ sanguinis loco boni chyli vitiosis excrementis, hoc ipso apparatus nascitur funestorum malorum: quique Medicorum id non benè norunt, non benè mederi norunt. Quàm difficile est, et molestum mederi hominibus intemperatè viventibus: quàm gravibus, dirisque malis, dum ægrotant, corripiuntur. Quantùm timeo in ipsorum curatione, & quàm liben-

libenter curam ipsorum non susci-
rem.

XXXVIII.

Coctio humorum in laxitate debita solidorum, & liquidorum consistit: crudi-tas verò in contractione, ac velutì confusione strangulationeque eorundem. Testis horum est dira pleuritis; crudelis colica, febris nimiùm ardens. Si sòlida in his ad laxitatem non venerint, & liquida ad lenitatem, ac veluti laxitatem despumationis; nunquam benè spera. In magno humorum apparatu semper time; nam ægri moriuntur inopinatè, licèt exiguis, ac veluti benignis febribus laborent. Horum exempla scripta sunt à me quamplurima.

XXXIX.

Quantùm exardeo, cùm video Medicos indicationes omnes ad corrigendam in morbis, & dulcificandam, ut ajunt, peccantem materiam dirigere; at de correcto humore foris eliminando nunquam cogitare. Quo præcepto spreto, aut neglecto, morbi omnes pessima veniunt successione; quos post longum usum alchalium, testaceorumque, nec non chinchin:, cui credulum Medicorum vulgus nimium confidit, non adhibitis per intervalla purgationibus, culpà methodi, non naturæ oriri videmus.

XL.

In liquidis animati corporis manifestè obſervatur Mechanice chimica digeſtionum, coctionum, fermentationum, deſpumationum, exaltationum, præcipitationum. In ſolidis autem Mechanice cunei, vectis, elateris, funependuli, projectionum, reſiſtentiæ, & oſcillationis. In utriſque verò ſimul junctis certò patent regulæ æquilibrii, proportionis, centri gravitatis, reſiſtentiarum, preſſionum, projectionum; quæ ſingula ad morbos per Sanctorii Staticen, perque Medicinam Solidorum fibræ motricis, & morboſæ curandos, & explicandos quàm bellè accommodentur, eſt incredibile: immò ſi vera fateamur, utilius certè quàm per vulgarium figmenta hypotheſeon de Cardimelecho, de Archæo, de acido, & alchali, de mille Chymiſtarum hypotheſibus, quibus tantoperè triumphant, & gloriantur vulgares Medici. Dì boni, quàm remota eſt morborum natura ab hiſce nugis!

XLI.

Æquilibrium ſolidorum, & liquidorum, diviſio fibrarum in ſyſtema carnearum, & membranearum; vis, origo, effectus, oſcillatio, & Mechanice ſolidorum corporis animati; de quibus, pluribus ab hinc annis in Theatro Anatomico

Roma-

Romano, & ex Cathedra in Archilycæo diſputavi primus, & tandem ſub titulo Fibræ motricis, & morboſæ, in praxi noſtra novem ante annos edita promiſſæ, publici juris feci, ad aſſequendam Sanctorii Staticen, & reconditas morborum indicationes eruendas præ aliis hypotheſibus utiliores, clarioreſque videntur. Et ſi noſtràs homuncio Medicus garrire non deſinat, quæ garrit, quæque nos ſcimus, ac de quibus ipſum in *literis ad Pariſienſes* monuimus, reſponſiones noſtras cum caſtigationibus debitis habebit quamciſſimè, et acerrimè.

XLII.

Primarum digeſtionum excrementa per alvum ducuntur, ſecundarum per urinas, ultimarum per inſenſibilem tranſpirationem. Inter has admirabilis eſt proportio, et æquilibrium; dum altera ex egeſtionibus, vel ſupprimitur, vel minuitur, copioſiori fluxu alterius debet compenſari. Quod ſi non fiat, mutato, turbatoque æquilibrio, morbi veniunt: hinc arcanæ fluunt, ac veræ ad morborum originem inveſtigandam, curandamque indicationes.

XLIII.

Optimè dixit Hippocrates magnus lib. de Diebus Judic. n. 1. *Plerumque homini, natura Univerſi poteſtatem non ſuperat.*

Quod

Quod verè dictum est ab illustri Medicinæ Dictatore; quia revera vivit homo in aere elastico, ponderoso, resistentiarum, & impetus capace; influxibusque caloris, & frigoris, similiumque qualitatum singulis momentis obnoxio; & ob id difficile est ei in tam vario aereo liquido, vitam sine labe ducere, ejusdemque superare potestatem, nisi summam adhibeat diligentiam usu Statimances Sanctorianæ insensibilem ponderandi transpirationem, eandemque ad tam perennes, & inæquales aeris mutationes ita accommodandi, nè aut nimium cohibita morbos pariat, aut nimiùm foluta, vires solvat, vitamque; morbosque gignat prioribus contrarios, Sępè verò occultos, graves, malignos, & quorum aliquando ignoramus naturam, quia ab occulto aeris influxu pendent; & de epidemicis malis vera hæc magis sunt, quam de vulgaribus, & frequenter vagantibus. Quod dico contra vulgus insanum, qui perpetuò hæc garrit contra Medicos. Febris maligna fuit, Medicus eam non cognovit, & æger mortuus est. Hæc est quotidiana per Urbem fabula, dum ægri moriuntur. O vulgus stultissimum! Ecquid tu Judex esse poteris in quæstionibus, & oraculis artis, quam non possides? Ec-

quid

quid credis dari has febres malignas ab Orbe Lunæ in haſce terras depulſas? Falleris. Nam iſtæ malignitates febriles ex occultis Scholarum qualitatibus petitæ non dantur: ſed Philoſophiâ chymico-mechanicâ experimentali teſte ex manifeſtis acidi coagulantis, & acris diſſolventis, aut inflammatorii qualitatibus, vel potiùs ſubſtantiis deducuntur: quo ex fonte omnium origo malignarum. Ac proindè in fictis hiſce malignitatibus febrium, ac malorum, de quibus garrit vulgus, reſpiciendum magis eſſe ad cauſam febris, quàm ad febrim ipſam certò crediderim.

XLIV.

Qui juvat eruditionum pompam? Quid elegantia ſermonis, & fucus? Quid lunatica methodus curandi morbos per ſecreta Ciniflonum ab Orbe ſtellato, & ab Orbe Solis petita? Quid inanis plurium ſcientiarum, atque linguarum oſtentatio in Medico? Si perſpectam non habet arcanam, reconditamque vim motuum ſolidorum, & liquidorum, æquilibrium inter ipſa; unde origo vitæ ſalubris, & inſalubris; nec non fundamentum Statices Sanctorianæ? Quàm multi ab hoc ſecuro veræ praxeos portu diſtant adhuc, & in tempeſtoſo errorum,

rorum, falſarumque hypotheſeon pelago jactantur miſerrimè, magno ægrotantium detrimenro Prudenti pauca.

XLV.

Coctio in morbis non tantùm conſiſtit in deſpumatione morboſæ materiei, ejuſdemque à bonis liquidis ſeparatione; verùm etiam in debita laxitate canalium, & fibrarum oſcillantium, ſi morbi ſint acuti; ſi autem chronici in tono earundem naturali, & intentione elateris debita. In acutis namque criſpatura, & potens oſcillatio viget in ſolidis; in chronicis verò laxitas, & atonia. Sæpè hujuſmodi laxitas, & atonia morboſa deſinit in tabem viſcerum, hectico--cachecticam eorum intemperiem; culpà ſolidi magìs, quam liquidi. O quàm reconditæ ſunt, & occultæ hujuſmodi viſcerum tabes! O quàm pauci Medici eas dignoſcunt, & quàm pauci curare ſciunt. Diuturnæ hypocondriorum, ſcorbutorum, hyſteriarum, morborumque meſſenterii affectiones in eas deſinunt, emortuo in fibris ob morborum diuturnitatem elatere, & æquali robore; hinc macies, febriculæ purulentæ, laſſitudines, ſincopes frequentes, inappetentiæ, tandem ſoluto naturæ tenore mortes venium.

niunt. De tabe viſcerum peculiari diſſertatione tractabimus quamprimùm. Qui hæc neglexerit, veros indicationum fontes neglexerit.

XLVI.

Ex Statices Sanctorianis experimentis vomitus ſummoperè impedit tranſpirationem, quia retrahit ad interiora tranſpirabile: ſi facit id potens oſcillatio fibrarum ſtomachicharum per vomitum, evacuando foris materiam: quantò magis idem efficiet oſcillatio vehemens, vel inflammatoria, vel doloriſica aliorum viſcerum cum febre, vel ſine ea, ad quas oſcillationes non ſuccedunt evacuationes materiei, ut in vomitu! Imò à corporis habitu retractis ad interiora liquidis, & ad oſcillantem locum vim facientibus, concreſcunt ibidem, ardent, æſtuant, atque ad tumores, ſcirrhos, inflammationeſque diſponunt ægrotantem. Ars tamen ab affectis in oſcillatione locis, evacuando divertere poteſt materiem per veſicantia, cauteria, ſinapiſmos, ſcarificationes, & ſtimulos omnis generis; quæ quidem non ſunt Galeniſtarum figmenta, aut ſomnia, ut Helmontiſtæ arbitrantur; ſed naturæ docentis, ac præmonentis oracula, & voces.

Præ-

XLVII.

Præter externum frigus duo sunt quæ præ cæteris transpirationem turbant, & ad interiora retrahunt: unda liquidorum velociter currentium, & unda solidorum fortiter oscillantium versùs aliquam partem; proinde diarrheæ, dolores interni, morbi interni diuturni vehementer, & nimiùm distrahunt perspirationem; *imò* etiam omne id quod æquilibrium turbat inter fluxum, & refluxum liquidorum, & inter solidum oscillans, ac liquidum currens.

XLVIII.

In hoc te exerceto, ut cognoscas in morbis an æquilibrium mutatum inter solidum oscillans, & liquidum currens. sit culpà liquidi, aut solidi, vel utriusque simul. An æquilibrium mutatum in ordinem redigendum sit per remedia externa, fricationes nempe, balnea, unctiones, ustiones, exercitationes, musicen, navigationèm, venationem, tripudiationem, peregrinationem, amicorum suavem, & gratam conversationem; perpetua ruris, sive campestris, atque montani aeris oblectamenta; diuturnam equitationem; perpetuam cum Rusticis terram arantibus consuetudinem ad respirandum

nobi-

nobile nitrum, è Telluris magnæ matris viſceribus vomere ruptis recenter exhalans, ſtimulantia univerſalia, vel particularia; an verò per remedia interna, an per utraque ſimul. Quæ qui rectè tenet, veras morborum quamplurium indicationes curativas poſſidet. Aliter minimè.

XLIX.

Diſcrimen eſt inter Leges Staticas ſolidorum, & liquidorum pro vario diſcrimine morborum; ſtatim ac ægrotat homo, tenor Legum Staticarum turbatur ſtatim, atque mutatur, & varia ſors naſcitur, tam in perſpiratione inſenſibili, quàm in excrementis aliorum filtrorum. In chronicis ſolida, & liquida undulant, & oſcillant ad viſcus, in quo vis eſt, & anima morbi; nam ferè ſemper in chronicis organi læſio adeſt, & ſi non eſt, diuturnitate mali tandem ſuccedit. In acutis, quoniam oſcillatio ſolidorum, & undulatio liquidorum eſt vehemens, & univerſalis; prout altera ex hiſce ſuperaverit alteram; varia pariter naſcitur conditio inter Leges Staticas ſecernendorum tam ſenſibilium, quàm inſenſibilium; & hinc ex acutis, alii ſolvuntur per criſin excrementorum graviorum per alvum, alii minùs gravium

per

per urinam; alii denique tenuium, ac volatilium per insensibilem transpirationem.

L.

Quantum doleo magne Hippocrates, tuque conditor artis inclyte Esculapi: cum video Medicos statim ac observant mulierculas menstruorum corripi suppressione; & inde ventre intumescere, ac ad molam ventosam uteri, sive hydropem siccum ejusdem: sive vulgò falsam graviditatem pervenire: statim institutâ pluries malesanâ, & à nobis minus probatâ sanguinis missione, eisdem diù præscribere amara, calida, aperientia, mirrhata, castoreata, & alia id generis, quæ sanguinis menstruum fluxum promoveant: donec tandem augescente magis, quam declinante malo, res desinat in cancros, scirrhos, aliaque difficilia uteri mala. Doleo quidem, nam hæc adhibent indiscriminatim in omnibus muli erculis, & omnibus penè ipsarum morbis: Nullo antè facto examine, an iracunda sit mulier, an placidis prædita moribus; an arida, siccaque, an verò mollis, & succiplena; an morbis animi laboret, nec ne: Quinam sit elater in solidis, quæ acrimonia in liquidis, quod æquilibrium in utrisque: Quo facto examine à nobis,

bis, eisque curatis more, quo hydropes siccos ventris curare solemus per emollientia, crispaturam mulcentia, indignationem liquidorum lenientia, aliaque nobis nota, & usu probata; & ventrem detumescere, & menstrua fluere videmus, & stupentibus Adstantibus sanitatem recuperare. Felicem Medicum qui reconditas morborum successiones noverit, & Abacedarium naturæ per analogismum loquentis optimè didicerit. Qui hæc non habet, non credat se clavem habere curandorum morborum.

L I.

Libera transpiratio debilem facit corporis costitutionem, sed salubritate compensatur: Difficilior contra robustiorem naturam, sed ad morbos procliviorem. Hæc omnia complexus est medicinæ Dictator Hippocrates his aureis verbis lib. de morbis: *Quibus corpus probè probè transpirat, ii imbecilliores, & salubriores existunt, promptèque ad sanitatem restituuntur. Quibus corpus malè transpirat, ii priusquam ægrotent robustiores, cum vero in morbos inciderint, difficilius restituuntur.* Miror sane quomodo Sanctorius hanc duplicem de transpiratione sententiam neque citarit, neque se vidisse saltem asserverit.

Vel

Vel cum idem divinus Senex ait 6. epid. sect. 3. *Cutis raritas alui constipationem efficit, cutis coarctatio carnium auctionem; ventris torpor omnium conturbationem, & vasorum impuritatem. Sed ex dictis fiat epilogus legum Medicarum.*

EPILOGUS.

Legum Medicarum.

LII.

IN Theorices quæstionibus agitandis Sanctoriani, & Harvejani. At in veris sensibus practices, & naturæ morborum eruendis Hippocratici, et Duretiani præferuntur.

LIII.

Sophistarum captionibns abstinento, curandi leges ab Hippocrate Dictatore petunto. Contra perspectam veritatem ingenium ne contendunto.

LIV.

Verbis perspicuis communibusque loquendi formulis à naturà morborum dictatis utuntor. Atque dum ratio cum

ora-

oraculo naturæ pateſſit, de argumentorum formà, ſophiſtarum exemplo ne laboranto.

L V.

Prius in theſibus, quæ in naturà per ægrorum morbos loquente, & per ſymptomatum characteres ſe pandente fundamentum habent, deinde in hypotheſibus exercentor.

L V I.

Argumentum ſatis exploſum ne regerunto, neve obſtinanto, ac ſi diutius contendere libeſſit, aliunde petunto.

L V I I.

Objectionibus reſponſione ſolida renituntor; ſi deſit, honeſtius tacento.

L V I I I.

Si legum medicarum repugnantia nulla fuat, communes medicinæ regulas opponunto: ſi nec eſcint. Primò vetuſtum jus ex Hippocrate, deinde dogmaticas, & rationales ſententias à Græcis, Arabibus, & Latinis Medicis mutuantor.

L I X.

Penes Hippocratem ſumma poteſtas eſto. Ad eundem cuilibet provocare jus eſto. Et ſi quid in his legibus obſcurum, perplexumve ſiet: Communi Hippocraticorum, conſultis peritioribus inter Medicos; more Majorum interpretandi,

tandi, supplendique jus esto, & in perpetuas Medicinæ tabulas redigitor.

L X.

Qui secus faxint, nec in Theorice Sanctoriani sint, & Harvejani ad leges mechanicas solidi, & liquidi: In Practice Hippocratici, et Duretiani, Blatherones habentor, Doctorum coetibus excluduntor, erroribusque suis perpetuò torquentor.

FINIS.

431555

BIBLIOTECA

ATENEO
BIBLIOTECA VENETO
14
C
55
VENEZIA